

JT-F 81

+ 1152158
C. 71440286

XXI

SENTENTIA

DIFFINITIVA IN FAVOREM

Lullianæ Doctrinæ, Iuris ordine, & Apostolica

Auctoritate lata, & in veritatis trium-
phum, inq; glorioſæ vindicatio-
nis memoriā denuo
impressa.

Et principalibus Rescriptis munita.

ANNO.

M.DC.III.



PALMAE BALEARIVM
SVPERIORVM PERMISSV.

Typis Gabrielis Guasp.

SENITIA

DIFINITIA IN FAVOREM
Tullius Dogenus Iustitiae & Aequitatis

Augustini Iustis & in Aequitate Minoribus

Plauti & Ciceronis Antidotes


His Recommodato

impresso.

Et bimodum ipsius Regalium munera.

M.DC.III.

ANNO



VALMÆ BALEARIA
SABERIOVÆ PERMISSA



Supplicatio oblata per discretū Petrum Ribot, Notarium, & Syndicū Vniuersitatis Balearis, pro tractandis negotiis Illuminati D. Raimundi Lull.

ILLVSTRISSIME DOMINE

VSQVE A DEO iniuria quæ liberis nostris fit, ex sententia I. C. nostrum pudorē pertingit, vt etiam si illi neq; conuiuis lacesiti commoueātur, neq; iniuriis incendantur, neq; provocati ultionem ullam machinentur, sed in hostes omnia mansuetudinis officia conferant; nobis nostro quidē nomine competit iniuriarum actio. Dolemus quidem, nec diutius terre possumus, qui patrię Patrū personas sustinemus, partū nostrum divino satu editum, quem potius patrem, & nostrā gloriā propagatorem fate-
mur, agnoscimus, & prædicamus; Satana colaphista natali solo exulare, & segnitie nostra semisepultum iacere. Balearem Raimundum dicimus ex nobili prosapia, in nobilem virtutibus; ex Regiæ domus maiore pre-
posito, in cælicolam triumphatorem; ex terreno, in cælestem; & ex ignaro, in sapientem, ac omnis literarum generis peritissimum magistrum celitus evocatum. Hæc Lulli est diuina metamorphosis, quæ nos tam potuit vel sola nobilitare Insulam, atq; illā reddere toti orbi notissimā. Hinc omnis philosophiæ instauratio, & hinc veritatis ipsius, suæ integritati restitutio. At, ubi uberrima optimaq; messis extanto semine, lætissimaq; segete auspicio futuris sœculis sperabatur, videns mendax ille, qui primæ hominis morti causam dedit, & nusquam definit subvertere vias domini rectas; sui excidiū: zizaniam intermiscauit, & inepta dogmata Lullo, Catholicæ veritatis præcipuo assertori, ut eius doctrina denigraretur, per Eymericū impingingenda curavit. vt doctrinā piā, castā, & orthodoxā, insinuaret Orbi damnatā, diploma Pontificiū Gregorii XI. summi Ecclesiæ Præsidis nomine emērito cōmentus est. Latuit diu cō-
mentum, & longo tempore ita serpsit, & virus suum extendit, ut Lullorum Christiana mansuetudo, quæ splendorem virtutis, nō excludit, & ubi agitur de religionis dignitate, acerrima salutis publicæ vindex exiſtit, diuturniore mansuetudinē, indignū, flagitiū; & patientiā, scelus nefarium sit arbitrata: sacrilegos morsus seuere flagris sit inseguata: & insanias furias, diffinitiuā sententiā Sūni Pótificis decreto profligauerit.

Vindica-

Vindicata fuit a calunnia Lulli causa, & quamplurimis Principum pri-
uilegiis munificissime est aucta, & illustrata. Sed proh dolor vindicta
a memoria hominum longa obliuione deleta est, & Principum rescripta
nstro vniuerso Gymnasio summa liberalitate, & deuotione erga Illumi-
natum Doctorem singulari, concessa iam sunt neglecta; damnat igno-
rancia quod non intelligit, imprudenter recantat in Lulum tragediam,
& in contumeliam nostram reficit eius vulnera. Agimus nomine pro-
prio, & Patriæ decus, ac ornamentum iam prope senescens, ab obliuione
hominum, atq; à silentio vindicare studemus; vt impoltura Eymericū
qui in necem nostri luminis, & totius orbis Christiani iacturam adulter-
ina pro veris supponere non est veritus, prodeat in publicum, & cum
tubore fiat vulgo manifesta: restituto pristinis ornamenti diuino Phi-
losopho, omnis Philosophiae, omniumq; artium encyclopædiæ perfe-
ctore. Ne igitur Prorex illustrissime Lullianæ gloria variis encomiis, &
tropheis maximis olim celeberrima, inter tineas & blattas in hac nostra
tempestate pereat: præsta, vt publicis typis mandetur Processus causæ
ab Eymericō contra Lulum susceptæ, & per Reuerendissimū D. Ciui-
tatis Castelli Episcopum, authoritate Apostolica, dissinitiuā sententia,
pro voto Lullianæ familie gloriōse finitæ, & principalibus rescriptis
munitæ: vt aureo quadam seculo renascente, tua auctoritate refloreat:
& ex te, veluti ex fonte clarissimo, & yberrimo profluat; ac inde te aus-
picie in Aeum, & ad Indos vsq; securè, & sine cauillo euadat. Hæc
petimus, & supplicamus omni meliori modo, &c. Et licet, &c.

Altissimus, &c.

scilicet Barrera Aduocatus Bernadus Nadal. I. V. D.

scilicet Vniuersitatis. Aduoc. Vniuersitatis.

LO REY, è per sa Magestat'

DON Ferrando Canoguera Lloct. y Capita general en la present Ciutat, y Regne de Mallorca, e Illas a aquell adjacents. Per quāt per part dels Magnifichs Iurats de dita Ciutat y Regne, nos es estat supplicat; fos de nostre merce, cōcedir llicència y facultat de imprimir, o fer imprimir enest Regne, la Sentencia, y Privillegis Reals, dada ab Authoritat Apostolica, en fauor de la doctrina del Illuminat Doctor, y reputat Martyr (en rabo de ses obres) mestre Ramon Lull, y en liberacio de les falses acusacions, contra la sincera, y catholica doctrina de aquell, intentades (segons iuridicament, en dita sententia impressa en Valècia, es estat iudicat, y sentenciat) presentant nos pera desso lo original de dita sententia, y Privillegis: exposant nos la penuria gran, que de dita impressio patexen los estudis; y particularmēt los Mallorquins, a dita scientia tant inclinats, axi los que vui de present viuenz com los qui antigament en sos testaments han dexada renda pera les Cathedres de dita doctrina. E nos ates que dita obra, e llibre, es molt utiles, e necessari, y que està donada llicencia per lo Ordinari: ho hauem tingut per be. Per sos, ab tenor de la present, de nostra certa sciencia, delliberadament, y consulta, per la Real authoritat de que vsam, donam, y concedim llicencia, permis, e facultat de imprimir, o fer imprimir, y vendre lo dit llibre. Volem empero, que esta noua impressio, apres que sera feta, sia aportada ab son original deuāt de nos. Dat, en Mallorca el 24. del mes de Nouembre del Any 1604.

D. Fernando Canoguera.

V. Monterde Reg.

Bart. Iulia, Not. & Secretarius
Regiae Audientie Maioric.

LICENTIA.



REGORIVS Forteza I.V.D. Archidiaconus, & Canonicus almæ Sedis Maioricen. & in eadem dioecesi in spiritualibus, & temporalibus Vicarius generalis electus, Sede vacante. Visa huius Patriæ Patrum Iurorum, totiusq; Balearis nobilitatis & populi, iusta acclamatione, ardenti voto prudētum, & Lullianorum contentionē perpeti, quibus in veritatis testimonium, & pii viri, piæq; doctrinæ evitatem, supplicant semel latam pro Lullo sententiam, olim Typis Valentiae excusam, denuò, cum Regiis priuilegiis imprimi, præsertim quod lata, & impressa quondam sententia, lubrici anguis instar, elaboratur: aut difficile quidem valeat reperiri, & ex eius penuria tantus nostri Radianis Doctoris Raimundi Lulli triumphus perpetua obliuione sepeliri, & prorsus extingui timeatur: Ideo, re maturius inspesta, provjetes; vt tam necessaria huic sciētiæ sententia inveniri possit, & valer, utq; magis stabili, magisq; diurna statione emergens veritas propagetur, & enitescat; tenore præsentium, Sententiam hanc in fauorem Lullianæ doctrinæ, per Reverendissimum D. Bernardum Civitatis Castelli Episcopum, Authoritate Apostolica Iudicem electum, latam, vnâ cum Regiis priuilegiis imprimi denuo, & imprimi debere iudicantes, eius imprimendæ licentiam concedimus, & facultatem. Atq; ut integrè exemplum hoc prototypo suo respondere probetur; volumus, vt sicuti nunc ē nostro nutu capit initium; ita ad nostram approbationem, subscripto nostro nomine claudatur in fine. Datum Palmæ Balearium, in Episcopali Palatio; die Mercurii xxiiij. mensis Novembri. Ann. M. DC. III.

Gregorius Forteza.

POTENTISSIMO PARITER, AC

SAPIENTISSIMO REGVM OM-
NIVM MAXIMO PHILIPPO AVSTRIAЕ III,

Hispaniarum Regi, Inuitissimo, Dominoque suo:

Maior Insula Balearum.

Vtramque Felicitatem precatur.



VLLOS unquā (Rex Augustissime)
collaudatē virtutis surculos surgere, ne-
dū cressere passa fuit virtutis lethalis ta-
bes invidia: quin ipsa simul exurget,
perpetua comes; quæ, nec eius pede sequa-
digne vocetur: & subito coæua nascere-
tur; quæ nullo denique sæculo honestati
sit coæqua. Prò dolor! Nec enim iam
hostis, hostem; uic ad venam, peregrinus;
verum & civis, civem; & frates suos,
frater livore tabescens insegitur, ac
(iuxta poëta) Theonino acte corredit.
Quid memorem Habeles, losophos, aut
Remos, cæterosque, fratrum suorum in

vida manu laniatos: quos, & vetus priscorum temporum labes, & nova conse-
quentis ætatis pernicies, æternis luctibus exhibet celebrando? Credas, Invi-
diā, Virtuti collatam, veluti umbram esse corporis: ut, sive ad dexteram, sive
ad laevam te ipse conuertas; presto sit illa; nec unquam à latere, ne latum qui-
dem unguem abscedat: Quid opus est pluribus? Raimundum Lullum, Balearem
virum Doctorem divino numine afflatum, Africæ propemodum Apostolum,
præradiantem Orbis terrarum Radium: tenebris obruere, & sempiterna obli-
vione delere, quantum in se fuit, conata est malevolorum Invidia Quod, sanè
quām affecisset: nisi, quorum interfuit Regum singulare patrocinium, ac fides
in vita, pro veritate pugnasset: Sed quia veritas premi potest; opprimi non po-
test; in nihilum videlicet conatus eiusmodi reciderunt. Nam, que Nicolaus Ey-
mericus temeré Raimundo Lullo affinxerat, tandem aliquando, luce ve-
ritatis duce detecta sunt, & Regum ferè omnium Hispanie, Ferdinandi, Al-
phonsi, Caroli, Philippi patris tui splendore & præsidio, omnino convulsa.
Iscuit inglorius obtrectatorum opera Raimundus, & quasi criminis commissi

reus delituit; sed non passi sunt viri principes diutius insontam profonte puni-
rized eo incumbuerunt, ut quando Lullii mores candidi, literæ exquisitaæ, subi-
liissime tamen, & ad quas non omnia facile pertingant ingenia tandem is suo
restitutus loco, colatur, legitur, suspiciatur. Totum hoc Baleare Regnum, tota
eius nobilitas ægre semper tulit, virum hunc admirandæ cuiusdam sapientie,
& doctrina facem præferentem, patriæ gloriam, & decus Regni, non eo esse
loco, quem illius præclara gesta & domi, & foris in omni ætate postularunt.
Et nos ea propter foras dari curavimus Pontificia diplomata, quibus honos a-
blatus Raimundo, redditus est superstite Benedicto XIII. feliciter Nauicula
Petri clavum tenente; & literæ huic libello insertæ commonstrant: & quando
non nisi apud Reges Raimundus patrocinium sensit, & idem apud te Rex Augu-
stissime, sensurū se sperat, sperat & hoc Balearicum Regnū: Ideo corona tua
digna sarta dicamus. Non enim is es, qui bonos malorum, & perditionis ritio,
lacturam nominis facere patiaris. Fuit semper Philippus, felicissima recorda-
tionis parens, literatorū Mæcenas munificentissimus; ut non nisi doctissimos,
& sanctissimos, ad Episcopatus dignitatem promouendos censuerit; fuit in om-
nes bonos, bonus. In eius tu vestigia pedem figere cœpisti, quid ni igitur spere-
mus Raimundum, quem & eruditio, & sanctitas commandant, apud te ista om-
nia comperturum? Appareat nunc igitur sub tuo nomine eius accusationis fal-
se, liberatio: quo & mali quiescant tandem, & mordere desinant, & boni illius
imitationis amore succensi, gaudio triumphant, & magis, magisq; ad eius ca-
pescenda studia rapiantur. Vale Rex potentissime, & nostri Regni tibi addi-
ctissimi memoriam nunquam deponere. Iterum Vale.

IVRATI PARENTES.

Michael Morell.

Franciscus Garcia.

Petrus Coll.

Petrus Antonius Ferretjans.

Franciscus Belill.

absurdum est dicere, quod Christus vellet destruere habitum Fidei in
 Beato Thoma per sentire, quoniam habitus Fidei est altior, quam habi-
 tus sensus. Visa ergo intentione dicti Raimundi in superioris insertis cla-
 re posita, monstratur manifeste, quod non est repugnans, nec devians;
 immo totaliter, & expressè concordas cum dictis sanctorum Doctorum.
 Et ideo qui contradicere voluerit prædictæ intentioni dicti Raimundi,
 oportet, quod contradicat Beato Thomæ, qui in primo Sententiarum
 in fine tertii quæsti primæ divisionis ait sic: Sed tamen ratio manu du-
 eta per Fidem excrevit in tantum, ut ipsa credibilia penitus comprehē-
 dat, & tunc ipsa quodam modo intelligit. Vnde dicitur Iesaiæ 7. secun-
 dum aliam literam: Nisi credideritis, non intelligetis. ¶ Item quod
 contradicat Beato Augustino, qui in 2. de Libero arbitrio, cap. 2. ponit;
 Rationem redditurus sum, non, ut Fidem respucas; sed, ut ea iam Fidei
 firmatæ tenens, etiā rationis luce conspicias. ¶ Itē ponit in libro Quæ-
 stionum; Tria sunt de genere credibilium: quædam sunt, quæ prius cre-
 duntur, & postea intelliguntur; scilicet sunt articuli Fidei, qui sunt supra ra-
 tionem. ¶ Item etiam ponit in libro de Cognitione veræ vitæ, ubi talia inquit; Cum Christus veritas, & vita dicat hoc est vita æterna, ut te
 solum verum Deum cognoscam; Constat profectio naturam rationalem
 ad hoc solum factam, ut factorem suum intelligat, intelligendo diligat,
 diligendo, in eo qui est æterna vita, æternaliter vivat. Divinitatis ergo
 essentiæ rationabilitè investigare est ad vitam fessinare. Hanc vero, ne-
 gligendo ignorare, est utiq; ad mortem properare. Quia nimirū hic
 ab ea ignorabitur, deinde à beata vita sequestrabitur. ¶ Item quod cō-
 tradicat Richardo de Sancto Victore, qui dicit, quod ad ea, quæ sunt Fi-
 dei, non solum possunt haberi rationes probatiles; sed etiam necessariæ;
 licet eas cōtingat interdū nos latere. ¶ Itē in hbro de Trinitate cap. 8.
 proinittit se non solum Fide sed etiam rationibus necessariis Dei unita-
 tem, & personarum Trinitatem fore ostensurum. ¶ Item quod contra-
 dicat Anselmo Monologion 13. cap. ubi dicit: Duo opuscula feci, &c.
 ut certa ratione, non auctoritate, quæ ad Deum pertinent, manifestare.
 ¶ Item produxerunt primam partem, & secundam cuiusdam libri dicti
 Doctoris intitulati, de Convenientia, quam habent Fides, & Intellectus
 in obiecto; quarum tenores sunt, qui sequuntur. De prima parte. Aliqui
 dicunt, quod non est bonum, quod Fides possit probari, quia si sic, amitt-
 terent meritum, & Fides esset nulla. Et ad hoc confirmandum, adducunt
 istam auctoritatem: Fides non habet meritum, ubi præbet humana ratio
 experientum: unde ad hoc sic respondemus: Omne præceptum, quod
 fecit Christus est bonum; & ideo quando præcepit beato Thomæ, Mit
 te manum tuam in latus meū; bonum præceptum fecit, ut Thomas ha-
 beret experienciā. Primū tamen dixit Thomas: Nisi mittā digitū meū,
 vel manum meā in latus eius, non credam. Et quod Thomas dixit, verū

significatum est; quia facta experientia , remansit Fides; quia ipse dixit,
Non credam. Præterea nos maxime sumus ad intelligendum,diligen-
dum,& recolendum Deum,quam propter meritum nostrum,cum con-
templari Deum sit per prius , & nostrum meritum per posterius . Item
Beatus Petrus Apostolus in Canonica sua dixit: Estote parati ad satisfa-
ctionem semper, omni poscenti vos rationem de iis , quæ in vobis sunt
Fide,& Spe. Beatus autem Petrus contra divinam ordinationem non dixit,
¶ Iterum Beatus Augustinus fecit librum ad probandum Divinam Tri-
nitatem supposito tamen merito Fidei,contra quam Fidem ipse non fuit,
quia sanctus erat. ¶ Itē S. Thomas de Aquino fecit unum librum cōtra
Gētēles, qui requirūt rationes,quia nolūt dimittere credere,pro credere;
sed credere;pro intelligere;ipse autem in faciendo rationes contra Gen-
tiles,non intendebat destruere Fidem , quia vir sapiens catholicus fuit.
¶ Itēm Doctores sacræ Paginæ conantur , quantum possunt, deducere
rationes ad probandum Divinam Trinitatem , & Incarnationem , &c.
habentes sanam mentem,& intentionem ad exaltandum Fidem sanctā.
Et idēo ego qui verus catholicus sum,nō intendo probare articulos cō-
tra Fidem;sed Fide mediante; cum sine ipsa probare non possim. Nam
articuli sunt superiūs , & meus intellectus est inferius , & Fides est habi-
tus, cum quo intellectus ascendit supra vires suas. Non autē dico, quod
probem articulos Fidei per causas , quia Deus non habet causas supra
se; sed per talēm modum, quod intellectus non potest rationabiliter ip-
fas rationes negare, & possunt solvi omnes objectiones contra ipsas fa-
ctæ; & infideles non possunt destruere tales rationes,sive positiones. Ip-
sa probatio talis,sive sit demonstratio,sive persuasio,vēl quocumq; alio
modo possit dici,hoc non euro;quia propter nostrum affirmare, vēl ne-
gare,nihil mutatur in re. De 2. parte Pars ista est de duodecim syllogis-
mis,cum quibus intendimus probare aliquos articulos Fidei. Et primō
de primo sic dicemus. Nullus intellectus potest in via intelligere Deum
essē,sive habitu Fidei; sed quicquid intelligitur de Deo in via,intelligitur
per Intellectum; ergo intelligere Deum esse,est cum habitu Fidei Pro-
batio maioris; quoniā Deus est superiūs , & intellectus inferiūs ; & sicut
ipse intellectus naturaliter non potest ascendere ad obiectandum ipsum
Deum intelligendo , ratione cuius Deus habituat ipsum de Fide, ut me-
diante Fide possit ascendere; sicut humana voluntas,qua per se non po-
test ascendere ad diligendum Deum supra se, nisi per caritatem, qua est
habitūs suas, ut ascendat ad diligendum supra vires suas. Probatio mi-
noris. Nam intelligibile propriē est obiectum intellectus, & communis
opinio est,quod probatum est Deum esse: & idēo patet, quod Fides , &
Intellectus conueniunt in obiecto: Intellectu,intelligēdo Deum esse sub
habitū Fidei. Ad secundam rationem. Nulla potentia inferior potest
ascendere ad summum obiectum per se tantum; sed intellectus humanus

est potentia inferior; ergo intellectus humanus non potest ascendere ad summum objectum per se tantum. Maiorem, nec minorem non oportet probare, quia per se patent: & quia communis opinio est, quod intellectus intelligit unū Deum esse tantum, & non plures; ascendit intellectus mediante intelligere, Fide sibi habitu exhibendo unum Deum esse tantum. Et sic patet, quod per intelligere, non destruitur Fides, eo, quia Fides est instrumentum, cum quo intellectus ascendit supra vires suas. Ad tertiam. Facta hypothesis, quod Deus sit ens magis agens per suas rationes, intellectus potest intelligere Deum esse trinum, ut in libro superiorius probatum est. Hypothesis autem talis est. Habitus Fidei, sine quo intellectus non potest probare Deum esse trinum: & ideo arguo sic: Omne credere habituatum à Fide, disponit intellectū ad intelligere; sed credere fidelis est credere habituatum à Fide; ergo credere fidelis disponit ipsum intellectum ad intelligere. Probatio maioris; Iesaias Propheta dixit; Nisi credideritis, non intelligetis. Et sic formaliter sequitur, quod si credo Deum esse trinum, & quod possum intelligere ipsum esse trinum; quia credere est antecedens, & intelligere consequens, facta hypothesis, quod Deus sit magis agens per suas rationes, sine qua Trinitate Deus nō potest esse magis agens per ipsas. Minor per se patet: Et ideo ostensum est, quod posita Fide, ponitur possibilitas ad intelligere, remanente Fide; sicut posito antecedente, ponitur consequens. Ad quartam. Christus dixit in Evāgeliō; Qui se humiliat exaltabitur: & ideo arguo sic. Quicquid se humiliat, exaltabitur; sed intellectus, quando credit, se humiliat: ergo intellectus quando credit, exaltabitur. Maior per se patet, quia quicquid dixit Christus est verum. Minorem sic probo. De ratione intellectus est intelligere, non autem credere: & ideo quando intellectus per se non potest intelligere Deum esse trinum, humiliat se ad credere, quod Deus sit trinus: & sic ascendiit ad intelligere faciendo aliquam hypothesis: sicut credere quod Deus habet potestatem infinitam. Et sic concludit quod ubicumq; sit posse infinitum, op̄ortet, quod sit possificans infinitum, & possificatum infinitum, sine quibus esse non potest: & sic intelligit ista tria correlativa infinita, cum quibus considerat Divinam Trinitatem Fide remanente, sicut habitus in subiecto. Ad quintam. Facta ista hypothesis. Omne ens magis agens extensivè causat suū signū agentis magis agentis extensivè: Sed Deus est ens magis agens extensivè; ergo Deus causat suum signum agentis magis agentis extensivè. Maior est vera per suppositum. Minor per se patet sic: Intellectus per positionem, quæ est actus Fidei, ascendit ad intelligere Incarnationem, Fide semper remanente, sine qua Incarnatione Deus nō causaret suum signum. Et hoc in secunda distinctione primi libri declaratum est. Ad sextam: suppono quod Deus sit ens magis agens per creationē, & ideo arguo sic: Quicquid agit magis per creationē deduxit creatum in esse à non esse; sed Deus

est ens magis agens per creationem; ergo Deus deduxit creatum in esse a non esse. Probatio maioris: quoniam actio magis agit, quando deduxit, quod non erat in esse, quam si duderet aliquid de alio esse. Minor per se patet. Et ideo remanente syllogismo remanet positio, & per consequens Fides, quae est antecedens, & intelligere stat consequens. Ad septimam suppono, quod Deus sit ens magis agens per iustitiam; & ideo arguo sic: Omne ens magis agens per iustitiam iudicat totum hominem ad beatitudinem, aut ad penam sempiternam: sed Deus est ens magis agens per iustitiam; ergo Deus iudicat totum hominem ad beatitudinem, aut ad penam sempiternam. Probatio maioris: quoniam nisi homo resurgeret, Deus iudicaret partem, & non totum, scilicet animam: sed iudicare totum hominem, est iudicare corpus, & animam, ex quibus est constitutus; & sic per suppositionem intellectus transit ad intelligere quod erit generalis resurrectionem remanente ipsa positione, quae est aetas Fidei. Adhuc dico, quod remanet Fides. Quoniam posito quod Intellectus non intelligeret generalem resurrectionem omnium, recurreret ad credendum sub habitu Fidei, credendo ipsam; ut patet per istud exemplum. Aqua, quando est calida, sua frigiditas consistit in ipsa potentia; & sic in absentiā actionis ignis in aqua, frigiditas, quae est in potentia, reducitur ad actū, existendo aqua frigida, sicut erat. Ad octavam. Nulla virtus corruptitur, quando causat virtuosum: Fides est virtus; ergo Fides non corruptitur, quando causat virtuosum. Maior, & minor per se patent; & ideo quando dicitur, Deus non est corpus, non est cōpositus, non est finitus, non est novus, & huiusmodi, intellectus cū habitu Fidei supponit, quod Deus sit ens altius, quam corpus, vel compositum, finitum, & novum, confitendo, quod Deus sit spiritus, simplex, infinitus, & aeternus; & tunc transit ad intelligendum Deum, & deducit de ipso veras, & reales affirmations, & negationes, ex quibus facit scientiā. Fide permanente sine corruptione credendi, & intelligendi, concordando Intellectum, & Fidē in eodem subiecto. Ad nonam. Nullum dilectum, nisi cognitum, sed Deus est dilectus, ergo Deus est cognitus. Maior est duplex, quoniam cognoscere existit per credere, & intelligere, ratione cuius credere est fundamentum, & intelligere est finis; sicut in domo, in qua fundamentum est iusserius, ratione finis, & parietes, & tectum sunt superius, eo, quia est fundamentum ut sequatur domus. Vnde sicut domus non potest esse sine fundamento: sic intelligere, quādō intelligit alta de Deo, non potest ascendere sine habitu Fidei: ostenditur ergo, per quē modum intellectus, & Fides convenienter in subiecto. Ad decimam. Nullum intelligibile potest esse sine memorabili: Deus est intelligibilis, ergo Deus est memorabilis. Maior, & minor per se sunt manifesta: memorabilis autem est duabus modis, videlicet per credere, & per intelligere. Memoria autem auctior est per memorabile cū intelligere, quā per memorabile cū credere, respectu

respectu finis; & sic de intellectu: verum tamē credere est superius, tanquā
 habitus, & intelligere inferius, tanquā habituatu; & ideo sicut homo ca-
 patus ascendendo in montem, tantum quantum ascendit, tantum capa,
 quæ est supra, magis ascendit: à simili intelligens in quantū magis ascen-
 dit ad intelligentium Deum, & articulos Fidei, tanto Fides, quæ est suus
 habitus magis ascendit. Ad undecimam. Nullum diligibile potest esse
 sine memorabili; sed Deus est diligibilis: ergo Deus est memorabilis.
 Maior, & minor per se sunt evidentes: Diligibile autem est duobus mo-
 dis, scilicet per rationem credulitatis, & intellectibilitatis: quoniam dili-
 gibile, quod est mediante recolibili, & intelligere est per prius; & diligibi-
 le, quod est per recolibile, & credere est posterius: & ideo quanto magis
 intellectus ascendit per prius ad intelligentium Deum, tanto magis est
 principiatus cū voluntate, & memoria, in obiecto; remanente Fide, quæ
 est suus habitus: unde sicut in vase, in quo est aqua, & oleum, quanto ma-
 gis additur aqua, tanto magis ascendit oleum: & sic de habituato, quan-
 to magis ascēdit, tanto magis ascendit suus habitus. Patet ergo per quē
 modum Fides, & Intellectus invicem ascendunt in obiecto. Ad duode-
 cimam. Omne meritum consistit magis per maiorem actum, quam per
 minorem; sed maior actus est intelligere, quam credere; ergo maius me-
 ritum consistit per intelligere, quam per credere. Maior, et minor per se
 sunt approbatæ: unde patet, quod intelligere ratione finis est quietatus,
 & dominus, et credere, quod est instrumentu, est servus: & sic sequitur,
 quod dominatore permanēte, est servus permanens. Patet ergo per quē
 modum homo intelligens alta de Deo, acquirit maius meritum per in-
 telligere, quā per credere, quolibet merito existente in subiecto suo diver-
 simode secundum modum suum, & hoc in eodē tempore; verum tamen
 successivè. Diximus de duodecim syllogismis, cum quibus est probatū,
 quod Fides, et intellectus convenient in eodē tempore in subiecto, sive
 obiecto, quolibet permanente; Verum tamen successivè; sicut in cursu, in
 quo movens, et mobile sunt permanentes successives. Et sequitur infra
 in fine dicti libri: Si autem erravi in aliquo contra Fidem, hoc non fieri
 scientiæ, sed ignoranter confiteor hoc dixisse. Quare submitto ipsum
 correctioni Ecclesiæ Sacrosanctæ Romanæ. ¶ Itē ad demonstrandum
 etiam falsitatem translationis, seu interpretationis prædictam in hoc,
 quod in dicto quaterno continetur dictum Doctorem erroneè, et hereti-
 cū dicere, essentia essentiat, bonitas bonificat, magnitudo magnificat:
 produxerunt textus sequentes dicti Doctoris, in quibus se ipsum catho-
 licè interpretatur, & exponit. Primò textū prologi libri dicti Doctoris
 intitulati Ars inventiva, quæ talis est: Ars presens ab arte demonstrativa
 descendit, et licet existentia huius, et illius sit una, et eadē: modus tamen
 earū procedendi est diversus, &c. Et sequitur infra in primo parrapho:
 Et quoniam ita est quod existentia, et operationes rerum, de quibus in-
 tenditur,

tenditur, vehementiores, atq; plures sint in seipsis, quam earum similitudines in Intellectu; et ipsæ similitudines sint maiores, et ampliores, quam sint in sermonibus earum significatae. Magna est ergo distantia signorum à rebus suis. Ea propter de necessitate nos fingere verba licet propter signorum paucitatem, et de vi, et necessitate Artis aliquoties inutilata verba proferre, velut infra patebit. Et ut etiam maiora signa, et minus à rebus suis distincta exprimamus, verba quandoq; trāsumimus; & quod est proprium alicui rei, propter expressionem maioris sententie, alteri attribuim⁹, ut infra patebit, cū dicitur, Bonitas bonificat, Magnitudo magnificat, &cetera huiusmodi; quia quod est propriū suppositi boni, scilicet bonificare, attribuimus bonitati, propter quam ipsum bonum bonificat; ut vehementius exprimamus, quod bonum propter bonitatē suam bonificat; et magnum, propter magnitudinem suam magnificat. Sicut cum dicitur, finis movet efficientē ad bonum, hoc est dictū, quod efficiens propter finem bonum, se movet ad Bonificandum. Et quia ita est, quod de rebus creatis improprīe loqui nos oportet (ut iam dictū est) multò minus igitur, de Deo propriè loqui possumus. Quia, cum immensa sit in omnibus perfectionibus eius existētia, quid est, quod de illo bene, et propriè signa nostra representare possint? His autē rebus devote supplicamus accedentibus ad hanc artem, seu studentibus in eandem, quatenus ardore scientificæ caritatis moti, impropriis dictis nostris (si forte in ea inciderimus) ad partem tuitiorem attendat: et non ad ea, quæ dicere videamur, scilicet quæ dicere intendimus, cōdescendant: aut etiam si forte falsam inducimus cōclusionem, hunc imperitiæ nostræ errorem impendant. Quoniam si ignoranter artifex errat, non est attribuendum ipsi artificiū ipsa ars sit necessaria, ut de necessitate intendimus declarare. Et adhuc etiam si nimia nostrorum sermonum impropietas (ut loquamur sententiosius) vel nostri ingenii, aut etiā traditionis insufficientia, aliquem errorem contra sanctam Fidem catholicam prætendere videatur, correctionē Ecclesiæ Romanæ sacrosanctæ suppliciter imploramus. Quoniā non ratione artis, seu artificis; sed ratione ignoratiæ, errare contingit, &c. Item textum contentum in commento dicti Doctoris. Vbi in prima parte figuræ Theologiæ sic habetur. Divina essentia ratione sui, non est conditionata agere, cum sit cōmunis producenti, et productō. Item textum contentum in prima parte figuræ de A, dicti commenti: ubi Doctor exponendo se sic inquit: Sed h̄c intelligendum est, quando dicimus Bonitatem bonificare, seu Essentiam essentiare: hoc autem dicimus sub ratione suppositi, idest, quod Pater generando Filium, communicat Filio quicquid habet: et ideo attingitur conditio simpliciter sub ratione bonitatis, scilicet sub ratione suppositi boni personalis. In fine cuius commenti submisit omnia dicta sua, correctioni Ecclesiæ formaliter per hæc verba: Quare si quis error forte cōtra Fidem catholicam

licam in hoc opere ac etiam in aliis quibuscumque libris nostris videatur, errori suppliciter, & devote correctionem requiri mus Ecclesie sacrosanctae. ¶ Et quia ad prædictam subreptionem fundandam apparebat dictis amicis supra inserta sufficere, & etiam (ut prolixitati parcatur) alia falsata per dictum Fratrem Nicolaum Eymericum ad præsens (ut dixerunt) non oportebat producere. Quæ omnia superius posita, seu inserta per nos dictum Commissarium attente lecta, diligenter recognita, & intelligibiliter considerata fuerunt: habita siquidem per nos deliberatione matura, & digesto consilio cum expertis in similibus, & peritis; cum per posita, & producta superius coram nobis, & aliis, clarissime constet nobis, quod dicta Bulla attenta ejus forma, & aliis indiciis perspicuis superius tactis, est evidentissimè saltem de falsitate suspecta. Item quod per allegata, & producta ad ostendendum, seu probandum obreptionem, aut subreptionem dictæ Bullæ demonstratur evidenter, quod posito, quod ipsa non fuerit falsa, nullo modo poterat excusari, quod non fuerit subreptio impetrata; cum per tenorem dictæ Bullæ videatur, quod tota ratio impetrationis ipsius, fuit affirmatio, quod in libris prædicti Doctoris erant plures articuli erronei, & hæreticales: quorum librorum per documenta authentica superius inserta, videtur aperte prædictum Fratrem Nicolaum Eymericum, tunc Inquisitorem, mutasse, & corrupisse verba prædicti Doctoris, & etiam mentem, & intentionem, quam habuit, Catholicam, prout monstrat apertissimè finis, seu finalis conclusio librorum dicti Doctoris Raimundi; in quibus expresse submittit scripta dicta, & edita per ipsum determinationi, & correctioni Ecclesie sacrosanctæ. Ex quo fundatur legitimè, scripta sua non deviare à iusto tramite catholicæ veritatis; & detegitur, eliditurq; sinistra intentio, opinio, ac persequitio Nicolai prædicti. Et cum utraq; pagina attestante, statuenteq; & mandante, impetrantes literas, provisiones, seu rescripta, per fraudem, seu malitiam à Summo Pontifice, veritatem tacendo, seu suppressando, & falsitatem suggerendo, vel exprimendo; in suæ perversitatis poenam nullum ex talibus commodum consequi possint; nec eorum prætextu eset aliquis potestas, vel iurisdictio attributa, cuius virtute sit aliquatenus procedendum; cum Summus Pontifex, tales provisiones, seu literas denerasset veridicè informatus. Asserens vero potestatem habere ab eo cum qualitatibus supradictis, nullatenus interponere poterat suæ cognitionis officium, & consequenter eius occasione de facto enantata ruunt, tanquam carentia legitimo fundamento.

SENTENTIA DIFFINITIVA.


PROTANTO Nos Bernardus Episcopus, & Commissarius prædictus auctoritate Apostolica nobis in hac parte commissa, dicimus, volumus, & decernimus, & pronuntiamus, quod quicquid inventatur quomodocumque, & qualitercumque enantatum, mandatum, cœminatum

minatum, processum, factum occasione, auctoritate, seu ratione dictæ
subreptitiae, ac obreptitiae Bullæ, et de falsitate evidenti nimis suspectæ,
teneatur pro vano, cassio, irrito, et nullo; et pro infecto, seu non facto ab
omnibus reputetur: sicut et nos ex potestate nobis attributa super iis,
quæ ex nostro officio nobili utimur, & uti volumus, prædictis attentis,
cassamus, irritamus, annullamus, seu ad nihilum reducimus; reducentes
etiam auctoritatate Apostolica ipsum Doctorem Raimundum Lull, &
omnia dicta, scripta, & opera sua, & omnia alia ratione prædicta quo-
modocumque, & qualitercumque, & per quemcumque, & contra
quoscumque, & coram quibuscumque processa, & actitata, ad statum
pristinum, & primævum, ac si in contrarium eorum, nil unquam fuisse
dictum scriptum, vel aliás quomodolibet enantatum. Reservantes, &
submittentes correctionem, determinationem, aut auctorizationem do-
ctrinæ dicti Doctoris, Sedi Apostolicæ, cuius est de talibus cognoscere,
& ordinare; sicut ipsemet Doctor, ut verus catholicus expresse submit-
tit. In quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præ-
missorum, præsentes nostras literas, seu præsens publicum Instrumen-
tum per Notarium publicum infra scriptum fieri, & publicari manda-
viinus; nostriq; sigilli appensione muniri. Datum, & actum Barcinone,
sub Anno à Nativitate Domini, millesimo, quadringentessimo, deci-
mo nono. Die verò vicesima quarta Mensis Martii: præsentibus hono-
rabilibus viris dominis Antonio Zeno Decretorum Doctore Canonico
Papieñ, Arnaldo de Torrētis Consiliario hoc anno Civitatis Barcinon,
Bernardo de Marimundo maiore dierum; & Francisco Servent, licen-
ciato in Legibus, civibus dictæ Civitatis Barcinon. pro testibus ad præ-
missa vocatis, rogatis specialiter, & assumptis, ac me Gabriele Cañelles
Notario infra scripto. Visa per me Episcopum præfatum. Sig~~*~~num
mei Gabrielis Cañelles, auctoritate Regia Notarii publici Barcinon.
qui præmissis omnibus, & singulis, dum sicut præmititur, coram dicto
Reverendo Domino Cōmissario, & per eum agerentur, & fierent, una
cum prænominatis testibus præsens fui, hæc q; scribi feci, ac sigillo ip-
sius Domini Episcopi hic apposito impendi, clausi cum supraposito
in lineis XX. Grandinocensi; & LXV. loco dicti. Et LXXXV. Sum.
Et LXXXX. Supponit. & CXVIII. Et primo de primo sic dicemus.
Nullus intellectus potest in via intelligere Deum esse, sine habitu Fidei.
Et CXXXIII. & credere. Et cum raso in CXXV. distinctione. Et
etiam cum supraposito in linea XXXVIII. Bullæ. Et etiam in linea
CXXIII; sed Deus est ens magis agens extensivè: ergo Deus causat
suum signum agentis magis agentis extensivè.

ET Nos Bartholomeus Sureda Canonicus, ac Decanus Majoricensis
Reverendissimi in Christo Patis, ac Domini D. Didaci Divina fa-
vente

vente gratia Maioricarum Episcopi, Vicarius in spiritualibus, & temporalibus, unà cum aliis in solidum generalis, quia transumtioni, & comprobationi, collationi huiusmodi publici Transumti interfuius, cùq; suo originali exemplo superius memorato concordante comperimus; ideò eidem transumto autoritatem nostram iudicariam, pariterq; decretem manu nostra propria interponimus, in maiorem fidem præmissorum.

Sig



num mei Iuliani Figueroes, Apostolica per universum mundum, & Regia per totam terram, & ditionem Illustrissimi, & Serenissimi Domini Aragonum Regis auctoritatibus Notarii publici Maioricensis, huius exempli testis.

Sig



num mei Hieronymi Servia, Civis Maioricarum auctoritate Regia Notarii publici per totam terrā & ditionem Serenissimi Domini Aragonum Regis. huius exempli testis.

Sig



num mei Petri Litra, Civis Maioric. auctoritate Regia Notarii publici, per totam terram, & ditionem Serenissimi Domini nostri Aragonum Regis, qui huiusmodi publici transumti transumtioni, collationi, comprobationi, decretiq; interpositioni, omnibusq; & singulis supradictis, vnà cum prænominatis Reverendo Domino Vicario Generali, atq; Contabelionibus, & Connotariis meis, personaliter interfui; eaq; omnia, & singula sic fieri vidi, & audivi. Ideoq; hic propria manu me subscrpsi, præcedente meo solito signo, unà cum appensione sigilli Vicariatus Ecclesiæ Maioric. in maiorem fidem, ac testimonium omnium, & singulorum præmissorum. Et quod quidem transumtum, licet manu alterius scriptum, fideliter tamen per me, ac ceteros Connotarios meos comprobatum, continetur in iis duobus prægameneis per me consutis: in quoruī primo nonaginta novem lineā, in secundo verò septuaginta novem lineā continentur. Et pro maiori declaratione ultima linea primi pergamentei finit per hæc verba: De Civitate Mundi capitulo de Fide. & prima linea secundi prægamenei incipit

D

per hæc

per hæc verba; Fides est habitus, cum quo, &c. Et ultima linea ipsius secundi pergamenci, finit per talia verba; Signum agentis magis agentis extensivè. Insuper constat de dictiōnibus suprāpositis in lineis primi pergamēti, scilicet in quarta, & amicorum. Et xxiiij. quos. Et xxvij. habentes. Et etiam in eadē linea, & nominare. Et xxxxiij. Millesimo. Et xxxxiij. hæc. Et pariter constat de dictiōnibus, ac literis rasis, & correctis in linea lxxxij. licet, ut in condemnā. In xviii autem linea, secundi pergamēti constat de suprāpositis, Alta. Et xxxiij. vel manū. Et xxxvij. est. & quinquagesima, In. & sexagesima quinta, textum. & de dictiōne rasa in xxj linea, Divinæ.

Copia huiusmodi in his triginta papyri foliis, licet manu aliena scripta, desumpta fuit a suo originali pergameneo, in quo tractatur de doctrina Magistri Raimundi Lull, prout superius, latius continetur: recondito, & reservato in Scrinio Archivi domus Iurariæ Vniversitatis Maioricarum, & cum eodem originalē veridice comprobata per me Melchiorem Tries, Regia, ac Imperiali auctoritate Notarium publicum Maioricarum, & Archiverum iam dictæ Vniversitatis. In cuius rei testimonium hic appono Sigillum dicti Archivi, ut infrā. Die videlicet Sabbati, decima sexta Mensis Septēbris, Anno a Nativitate Domini Millesimo, Sexcentesimo. Constat de suprāposito in linea tertia prime paginæ folii sexti, ubi legitur, debitum. Et de lineato in linea decimanona prime paginæ dicti folii. Item de correcto in linea undecima prime paginæ, decimi tertii folii, ubi legitur, contentis. Item de correcto, & lineato in linea octaya prime paginæ decimi quinti folii, ubi legitur non valerent. non.

Vt. Greg. Fortesa, Vicar. gener.

NOS

PRIVILEGIA IN FAVOREM Doctrinæ Egregii Doctoris Raimundi Lulli.

NOS CAROLVS Divina favente clementia Romæ-
norum Imperator semper augustus, Rex Germaniæ, Ioāna
eius mater, & idē Carolus eius filius, Dei gratia Reges Ca-
stellæ, Aragonuī, Legionis utriusq.; Siciliæ, Ierusalem,
Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiae, Navarræ, Granatae, Toleti,
Valentiæ, Galiciæ, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ,
Murcia, Giennis, Algarbi, Algeziræ, Gibraltaris, Insularum Canariæ,
Indiarumq; Insularum, & terræ firmae maris Oceani, Archiduces Au-
striae, Duces Burgudia, & Brabantiae, Comites Barcinonis, Flandriæ, &
Tirolis, &c. Domini Viscaiae, & Molinæ, &c. Duces Athenarum, &
Neopatriæ, Comites Rossilionis, & Ceritaniae, Marchiones Oristani, &
Goceani: Quæ per serenissimos, & Catholicos Reges prædecessores
nostros colendissimos memorie celebris concessa comperimus, animo
quidem liberali confirmamus. Eo præsertim, cum in favorem Reipu-
blicæ, & literarum cultum indulta, & concessa censemur. Sanè exhibitis
coram nobis, & humiliter presentatis per dilectum alumnum nostrum
Petrum Malferit Domicellum, & utriusq; Iuris Doctorem, Syndicum
ad nos destinatum per Universitatem nostri Maioricarum Regni duo-
bus præ privilegiis Serenissimorum, & Catholicorum Regum Alfonsi, &
Ferdinandi, Patris, & Avi, ac dominorum nostrorum colendissimorum,
felicis recordationis, Studio generali egregii Doctoris Magistri Raimu-
di Lulli Civitatis Maioricarum, illiusq; singularibus concessis, tenorum
sequentium. ¶ Nos Ferdinandus Dei gratia Rex Castelle, Aragonuī,
Legionis Siciliæ, Granatae, Toleti, Valentiæ, Galiciæ, Maioricarum,
Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murcia, Giennis, Algarbi, Alge-
ziræ, Gibraltaris, ac Insularum Canariæ, Comes Barcinonæ, Dominus
Viscaiae, & Molinæ, Dux Calabriæ, & Apuliæ, Athenarumq;, &
Neopatriæ, Comes Rossilionis, & Ceritaniae, Marchio Oristani, Co-
mest; Gociani. Exhibito reverenter, atq; humiliè presentato Maie-
stati nostræ, per dilectum nostrum Gasparem Galaf, Civem, ac Nuntiū
pro parte vestrūm dilectorum, & fidelium nostrorum Iuratorum Civi-
tatis, & Regni, atq; Clavariorum partis Foraneæ Maioricarum privile-
gio quodam per nostram Regiam Magestatem, vobis, & Universitati
præfati Regni, iam dudum concesso, tenoris sequentis. ¶ Nos Ferdi-
nandus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Legionis Siciliæ, Granatae,
Toleti, Valentiæ, Galiciæ, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ,
Corsicæ, Murcia, Giennis, Algarbi, Algeziræ, Gibraltaris, ac Insularuī
Canariæ, Comes Barcinoñ. Dominus Viscaiae, & Molinæ, Dux A-

thænarum, & Neopatriæ, Comes Rosilionis, & Ceritaniaæ, Marchio
 Oristani, Comesq; Gociiani. Quia vos dilecti, & fideles nostri Iurati
 Consiliarii, & probi homines nostræ Civitatis, & Regni Maioricarum
 circa augmentum, & ornamentum dictæ Civitatis, & Regni admodum
 versatis, conaminiq; eiusmodi Civitatem, & Regnum gloria artium,
 & Scientiarum doctrina (quæ hominum mores purgat, tacitosq;, & lo-
 quentes ornat) magnificare, & decorare: propter quod mandati nostri
 humiliiter misissi supplicatum, ut facultatē consternendi, & instituendi,
 studium generale in iam dicta Civitate, & Regno, & nihilominus eidē
 Studio generali consimilia Privilegia, Libertates, & Immunitates, Præ-
 minentias, & Honores, quos, quas, & quæ, habet Generale Studium
 Civitatis Illerdæ, & particulares personæ eiusdem de nostri solita benig-
 nitate concedere dignaremur. Vestris igitur supplicationibus humani-
 ter moti, propter notabilia obsequia per eandem Civitatem, & Regnum
 prædecessoribus nostris Regibus Aragonum divi recordi, & nobis
 præstitatum, quia existimamus huiusmodi Generale Studium, mul-
 tum utilitatis, & augmenti, in dicto Regno allaturum, illiq; profu-
 turum: tenore præsentis privilegii, cunctis temporibus futuris valituri,
 concedimus vobis, & plenariam facultatem impartimur quod possitis,
 & valeatis in dicta Civitate, ubi malueritis, & videbitur vobis magis ex-
 pedire, Construere, Fabricare, & denuo Instituere, Construiq; Institui,
 & Fabricari, facere Studium generale omnium artium, & Scientiarum,
 quas, tam generaliter, quam particulariter, in dicto studio legere facere
 possitis, et valeatis; sic, & quemadmodum solet legi, & disci in præfata
 Civitate Illerdæ: & ad maioris gratiæ cumulum scienter, & expressè
 volumus, & de gratia speciali concedimus vobis, quod huiusmodi Stu-
 dium generale habeatis, & teneatis, omni futuro tempore (prout dictum
 est) Cum constitutis præminentibus, privilegiis, & officiis, facultati-
 bus, ordinationibus, honoribus, favoribus, libertatibus, & prerogativis;
 quos, quas, & quæ præfatum studium generale dictæ Civitatis Illerdæ,
 tam generaliter, quam specialiter tenet, & possidet virtute regianam, &
 nostrarum concessionum. Retinemus tamen nobis, & successoribus
 nostris provisiones, seu concessiones officiorum in dicto studio formâ-
 dorum, & ornandorum, de quibus solemus providere in Studio genera-
 li præfatae Civitatis Illerdæ. Illustrissimo propterea Ioanni Principi
 Asturiarum, & Gerundæ filio nostro carissimo, ac in Castellæ, & Ara-
 gonum Regnis, post felices dies nostros hæredi, & inmediato successori,
 sub paternæ benedictionis obtentu, intentum nostrum detegentes dici-
 mus; Illustri quoq; Infanti Enrico Duci Sugurbii, & Comiti Em-
 puriarum patrioli nostro carissimo, & in principatu Cathaloniz, Reg-
 noq; prædicto Maioricarū, & Insulis ei adiacentibus generali Locum-
 tenenti: Necnon Blanes de Berengario Domicello generali Locumt.

Gubernatori, Magistro Rationali, Regioq; Procuratori, in eodē Regno, Baiulo, Vicario Civitatis, & aliis universis, et singulis Baiulis forensibus, & aliis quibusvis officialibus nostris, in dictis Civitate, & Regno constitutis, & constituendis, & dictorum officialium loca tenentibus, præsentibus, & futuris, ad incursum nostra ira, & indignationis, dicimus, & districte præcipiendo mādamus, quod tenentes, & observantes, teneriq; & observari perenniter ad unguem facientes huiusmodi nostrā concessionem, & omnia, & singula in eadem contenta in nihilo contraveniat, nec cōtravenire per aliquē patientur, quanto dictus Illustrissimus Princeps filius noster carissimus nobis complacere, reliqui verò officiales nostri, gratiam nostram charam habent, ac pānam quinq; mille florēnorū cupiunt evitare. In cuius rei testimonium præsentem fieri iussimus, nostro sigillo comuni impendenti munitam. Datt. in Civitate Cordubæ, die tricesima mensis Augusti, Anno a Nativitate Domini Millesimo, quadragesimo, octuagesimo tertio. Regnorum nostrorū videlicet, Siciliæ Anno decimosexto, Castellæ legionis, decimo, Aragonum verò, & aliorum quinto. Yo el Rey. Fuimus exinde humiliter pro vestrum parte supplicati, ex nostri solita benignitate dignarēmur providere, & mandare preiūdīcūm privilegium, & omnia, & singula in eo contenta, eidem Universitatī ipsius modi Civitatis, & Regni iuxta illius scriem, & tenorem pleniores inviolabiliter, firmiterq; perpetuo custodire, & observari, neq; aliquo pacto per quempiam quavis causa infringi, seu contra ipsum veniri. Et nihilominus pro illius firmiori observatione, & exequitione suimus etiam, tam pro parte vestrum, quā pro parte dilecti nostri Ioannis Cabaspere Civis prædictæ Civitatis Maioricarum Magistri, & Præceptoris electi, nominati, & confirmati in lectura, & Doctrina Artis, & Scientiæ Illuminati, & Divi Doctoris, Magistri Raimundi Lulli quondam Civis Maioricen. quæ in eodem generali studio legitur, per ipsum Ioannem Cabaspere, humiliter suplicati, ut vestigia sequentes Serenissimi Regis Alfonsi Patrui, & prædecessoris nostri divi recordii, qui satis, superq; informatus de mirificis virtutibus Artis, Scientiæ, & doctrinæ eiusdem Egregii Doctoris Magistri Raimundi Lulli & quantum illa posse proficere regnicolis, & degētibus suis, et nostris Regnis, et dominiis, cōcesserat quondam Ioāni Lobet oriundo Civitatis nostræ Barcinone ad opus Magistraliter legendi, et docendi Artem, Scientiam, et doctrinam prefati Egregii Doctoris, literas quasdam tenoris sequentis.

Nos Alfonsus Dei gratia, Rex Aragonum, Siciliæ citra, et ultrafar. Valentia, Hierusalem, Hungariæ, Maioricarum, Sardinia, et Corsica, Comes Rossiliotis, et Ceritania. Gratantur perceptio, quod vos fidelis noster Ioānes Lobet oriundus Civitatis Barcinon. per multum tempus in Artibus et Scientiis egregii Doctoris Magistri Raimundi Lulli, de Maioricen. studiose vo-

VII
eatis, et quod p̄fatas Artes in Regnis, et terris nostris legistis, ipsarūq; lecturā in continuare proponitis; ut nostra dictæ lecturæ accedat auctoritas in roboran⁹ valoris, & inde vestra compleatur voluntas in coniunctione huius, quam habetis caram, & nostra defendatur armatura cōtra imponentes rabiem operibus dicti p̄nominati Egregii Doctoris illarum lecturæ: propterea ad plenum certiorati, & pluribus fide dignis, quod opera ipsius magistri Raimundi, nec bonis moribus, nec Fidei catholicæ in aliquo contrariantur: nec minus visa quadam litera Curia Parisiens. Datt. Parisius Anno Domini Millesimo Tricentesimo Nono, die martis post octavas Purificationis Beatae Mariæ Virginis Gloriose, & munita sigillo predictæ Parisien. Curia, de laudatione, & approbatione Artium, & Scientiarum dicti Egregii Doctoris factis, per officiale Curia Parisiens. & fieri requisitis per p̄libatum Egregium Doctorem, p̄habita informatione testimoniali cum Sacramento p̄stito à quadraginta Magistris, et Bachalariis in naturalibus, & Theologalibus qui ordinati fuere ad audiendum Arte generalem cum illius contractione ad speciales scientias, ab eodem personaliter p̄libato Egregio Doctore publice in Studio Parisiensi. Attendenteq; quod Illustrissimus Philippus Franciæ Rex, dictum Egregium Doctorem, veluti fidelem virum in suis dictis, & tanquam Apostolicum in zelo, & in cura, iuxta illud pro exaltatione Fidei catholicæ, habuerit: ipsumq; benigniter tractari, ab omnibus orthodoxæ Fidei catholicæ cultoribus voluerit, et gratum accepit; etiamq; ordinaverit eidem favorem benevolum impendi ab omnibus suis subditis, ut consonum rationi visum fuit, et dignum. Prout aparet quadam litera dicti Regis Franciæ suo Sigillo munita. Datt. apud Vernonem secunda die Augusti Anno Domini Millesimo, tricentesimo, decimo. Attendenteq; etiam, quod Cancellarius Parisiens. Frāciscus de Neapoli, speciali mandato dicti Regis Franciæ, visis, & quantum occupationum frequentia patitur, diligenter inspectis quibusdam operibus quæ dictus Egregius Doctor Magister Raimundus Lulli ediderat, testatus est autentice universis, nil in dictis operibus invenisse, quod bonis moribus obviat, & sacra doctrinæ catholicæ sit adversum: quin potius in dictorum serie, ac tenore pro humani fragilitate iudicii, zelum fervidum, & intentionis rectitudinem pro Fidei Christianæ promotione, ut patet in quadam litera dicti Cancellarii, Datt. Parisius Anno Domini Millesimo, tricentesimo, undecimo. Attendenteq; etiam esse pronunciatum per Reverendum in Christo Patrem Bernardum Miseratione Divina Episcopum Castelli, & Commissarium auctoritate Apostolica deputatum, super litigio, quod in processu ducebatur, inter consanguincos, & devotos dicti Egregii Doctoris parte ex una, & Magistrum Nicolaem Aimeric Inquisitorem, in, & super quadam Bulla fictitia: vi cuius, super alias conclusiones, per presatum Egregium Doctorem

storem suis libris p̄sitas, et contra eārum positionem inquirebat, in
 condemnationē dicti Magistri Nicolai Aimeric, et in approbationē
 bonae positionis, et catholicæ determinationis, in libris prelatis Doctoris
 Egregii habitarum iuxta restum arbitrium Reverendi Commissarii
 prefati, et bonam conscientiam duodecim in sacro eloquio Magistrorum,
 de ordinibus beati Dominicū, et Minorū; qui vīsis conclusionibus,
 testificarunt cum Sacramento sanum, & catholicum habere sensum, ut
 in libris habentur dicti Egregii Doctoris, prout h̄ec, et plura alia con-
 stant in duobus instrumentis publicis actis Barcinon. altero in posse,
 Petri Dalmatii Notarii publici Barcinon. sub Anno Domini Millesimo,
 trecentesimo, octogesimo sexto. Altero in posse Gabrielis Ca-
 nelles Notarii publici Barcinon. sub Anno à Nativitate Domini Millesimo,
 quadringentesimo, decimo nono. Et insuper memores, quod
 nos habentes gratissimum, quod in ditione nostra repertus fuerit, tam
 mirandarum Artium, et scientie auctor, qualis prefatus Egregius Doctor
 Magister Raimundus Lulli, eārū lectiōne publicam approbavit, &
 permisimus, prout appetet carta nostra, Sigillo nostro munita. Datt.
 Cæsaraugustæ, quintadecima die Ianuarii, Anno à Nativitate Domini
 Millesimo, quadringentesimo, quintodecimo: quod iam ante conces-
 sum approbatum, et permisum fuerat per predecessores nostros Illu-
 strissimos, videlicet, Dominum Petrum Regem Aragonum, ut patet in
 quadam sua carta Sigillo eiusdem pendentī munita. Dat. Valentia, de-
 cimo die Octobris, Anno à Nativitate Domini Millesimo, trecentesi-
 mo, sexagesimo, nono, & per Dominum Martinum Regem Aragonū
 filium suum: ut patet in quadam alia eius carta Sigillo pendentī munita,
 Datt. Cæsaraugustæ, vicefima quinta Novembri, Anno à Nativitate
 Domini Millesimo, tricentesimo, nonagesimo nono; vobis dicto Ioāni
 Lobet, et a vobis substituendis concedimus, et clargimur licentiam, et li-
 beram auctoritatem, et plenariam facultatem, dictas p̄fati Egregii Do-
 CTORIS ARTES, & SCIENTIAS LEGENDI MAGISTRALITER IN OMNIBUS CIVITATIBUS,
 TERRIS, ET LOCIS UNIVERSAE DITIONIS nostræ, IN eisdemq; faciendi Scholas
 propter lectorum dictarum scientiarum, nec per officiales, consiliarios,
 Iuratos, & probos homines, aut alios illius Civitatis, Loci, & terræ, ubi
 Scholas conscribere decreveritis, vobis, & substituendis à vobis super
 his impedimentum, vel obstatuum aliquod fieri debeat, neq; possit:
 quinimmo vos, et substitutos vestros benevolè tractent cū auditoribus
 vestris, et ipsorum, in, et super constructione Scholarum, et lectura dictarum
 Artium, et Scientiarum, quieta, pacifica, & tranquilla, vobis, et eis
 faveant, et assistant auxiliis, praesidiis, et favoribus opportunis, ubi, et
 quoties fuerint requisiti. Illustrissimis itaq; quibusq; locumten-
 generalibus nostris, hoc nostrum declaramus intentum, mandamus
 scienter, & expreſſe sub ira, & indignationis nostræ incurſu, & quo-
 modo

modo fortius dici potest, universis, et singulis officialibus, et subditis nostris, ad quos praesentes pervenerint, et spectent, & signanter Officialibus, Consiliariis, Iuratis, probis hominibus, & aliis predictis, quatenus licentiam, et facultatem nostram huiusmodi vobis dicto. Ioanni Lobet teneant efficaciter, et observent, tenerique et observari faciant inviolabili per quoscumque. Nec vos, aut substitutos vestros super lectione dictarum Artium, vel constructione scolarum molestent, et impediunt, vel perturbent, assistant quin potius ut praefertur, si gratiam nostram carabent, iramque et indignationem, permaneamque nostro reservatam arbitrio, cupiunt evitare. Sonet ergo vox vestra, et vestrorum substituendorum, per doctrinam in auditorum auribus, nec metu detractorum quorumlibet conticeat: sed dictas Artes, et Scientias in lumine exponi continentur; et ut liberius, facilius, et tutius, vos dictus Ioannes Lobet, & substituendi a vobis, circa predicta, vacare possitis, et ne metu cuiuspiam, vos aut eos a dictarum artium lectione retrahat, vel impedit vos, & dictos substituendos a vobis, vel trique, & eorum auditoribus, tenore praesentis sub nostra protectione, comanda, et guidatico speciali ponimus, & constituimus. Ita quod quicunque, ab inde, ausu temerario, contra personas, aut bona vestrum cuiuslibet quicquid attentare praesumserit, se in penas contra ruptores protectoris Regii appositas, noverint incursum; damno, et iniuria illarum personarum, et plenarie restitutis. In quorum Testimonium presentem fieri iussimus, nostro Sigillo secreto indorso munit. Dat in Castro Novo Neapolis, die viceclima sexta Ianuarii, Anno a Nativitate Domini Millesimo, quadrageentesimo, quadragessimo nono. Rex Alfonius. Vt. P. Conservator generalis. Dignaremur pari modo, praefatum Magistrum Ioannem Cabaspem, Magistrum, et praceptorum (ut prahabetur) electum, nominatum, et confirmatum in Lectura, et Doctrina predictis; eius vita durante, ac ceteros alios quosvis futuros magistros in eisdem Arte, Scientia, et Doctrina, tanquam Reipublicae proficientes, cum eorum auditoribus nullatenus inquietari, seu molestari; quinimo benevolce pertractari, illisque faveri, et ubi, ac quoties opportuerit, auxiliis, praesidiis, et favoribus opportunis illis assisti, sic et prout, et quemadmodum aliis Magistris, et Doctoribus, auditoribusque aliorum studiorum generalium servatur, et custoditur, et alias eidem lecturae speciale praesidium auctoritatis nostrae interponere dignaremur. Nos vero supplicationibus eisdem, ut pote iustis, et rationi conformibus benigniter annuentes, et presertim, quia cum concessimus licentiam, et facultatem, ut ipsum studiu generale instrueretur, et fieret in ipsa Civitate, et Regno, perspeximus illud convenire utilitati Reipublicae ipsius Regni, et consequenter servitio nostro, qui caput ipsius Reipublicae sumus, sicut semper fuit, et est intentionis nostrae ipsum privilegium, et contenta in eo, ad unguem observari. Et etiam

Est & etiā menti nostræ gesta, & facta per serenissimū Regē Alfonsum
 imitari; quandoquidem non minus, quam illi placet nobis, et quidem li-
 benter, & animo hilari, Artem, Scientiam, & Doctiinam tanti Doctoris
 Magistri Raimundi Lulli, illius virtutibus promerentibus, et ipsa scien-
 tia requirente, extollere; dictumq; Magistrum Ioannem Cabaspren, ac
 ceteros futuros magistros in eadem arte & scientia, honorare, prēmiisq;
 remunerationibus Regiis dignos reddere. Itaq; tenore presentis Privi-
 legii, cunctis futuris temporibus perpetuo valituri, ex nostri certa scien-
 tia, deliberat eq; & consulto, edicimus, et statuimus præsertum Privi-
 legium nostrum, et omnia, & singula in eo contenta, iuxta illius seriem,
 & tenorem pleniores, tanquam de nostra mente deliberata præcedentia,
 inviolabilit̄ custodiri, firmiterq; ad unguem observari: neq; per quem-
 piam quavis causa aliquo pacto infringi, sub poenis in dicto privilegio
 indictis: quarum riguerosam executionem absq; nulla venia fieri absq; per
 sonarū exceptione præcipimus, & iubemus. Nihilominusq; edicimus
 et providemus, iam dictum Magistrum Ioannem Cabaspren, Magistrum
 & præceptorem, ut præhabetur, electum, & nominatum, et confirmatum
 in lectura, & doctrina Artis, et Scientiæ prænominati Doctoris egregii
 Raimundi Lulli, eius vita durante, ac ceteros alios quosvis futuros magi-
 stros ipsiusmodi Artis, & Scientiæ, cum eorum auditoribus, non solum nu-
 latenus inquietari, seu molestari, sed etiā humaniter, benevolèq; pertra-
 stari, illisq; favendo, & ubi, ac quoties opportuerit, auxiliis, præsidii, fa-
 voribus, quoad fieri possit, assilēdo; sic, et prout, & quemadmodū aliis
 magistris, et auditoribus ceterorum studiorum generalium faverit, au-
 xiliatur, & assistitur, favoresq; præsidia, & honores præberi solent, et
 consueverint, atq; ad maioris gratiæ auxilium lecturæ, & magistrali eru-
 ditioni ipsiusmodi Artis, et Scientiæ, et Doctrinæ, præsidium speciale
 nostræ auctoritatis interponimus pariter & decretum. Serenissimæ
 propterea Ioanne Principi Asturianū, & Gerundæ, Archiducissæ Au-
 striae, Ducissæ Burgundiaæ, &c. Filiaz primogenitæ nostræ carissimæ, ac
 Gubernatrici generali, & post longæ vos, et felices dies nostros imme-
 diatè hæredi, & successori nostræ, intentum aperientes nostrum, sub Pa-
 ternæ benedictionis obtetu, dicim⁹; Locū teneti verò generali, ac Guber-
 natori, Procuratoriq; Regio, nostris in eodē nostro Regno, Baiulo in-
 Super, et Vicario Civitatis, et aliis Baiulis forensibus, Iuratisq; Civitatis,
 & Regni ipsiusmodi Maioricarum, et aliis deniq; Officialibus, et Subdi-
 tis nostris in eisdem Regno, & Civitate constitutis, et constituendis, di-
 storunq; Officialium loca ten. tam præsentibus, quā futuris, dicimus,
 et præcipiendo districtius mandamus scientiæ, et exp̄sse, sub incursum
 nostræ indignationis, et iræ, pena q; florenorū auri Aragoni quiq; mil'e
 nostri, si seculis fieret inferendorum ærariis, quatenus tenentes, et obser-
 vantes, teneriq; et observari perpetuò ad unguem facientes huicmodi

nostrū Privilēgium, et omnia, et singula in eodē contenta iuxta eius se-
riem, et tenorē, pleniores, in nihilo contraveniant, aut contra faciant, nec
contravenire, aut contra fieri patientur aliqua causa, vel ratione, quanto
dicta serenissima Princeps filia primogenita nostra carissima, paternam
benedictionē habet carā, ceteriq; officiales, et subditi nostri, p̄eapostolā
cupiant non subire penam. In cuius rei testimonium presens Privilēgiū
fieri iussimus, nostro cōmuni Sigillo impendenti munitū. Dat, in Civi-
tate nostra Cesarauguste, die vicesimo primo mensis Februario, Anno
a Nativitate Dñi Milleſimo, quingentesimo tertio, Regnoſūq; noſtri
rum, videlicet, Sicilie, anno tricesimo ſexto, Castellę, et Legionis, trice-
ſimo; Aragonū, et aliorum vicesimo quinto; Granatę autē duodecimo.
Yo el Rey: Vt. Amatus Re. Vt Generalis Thesaurar. Vt Petrus Cos-
colla pro Conservat. gener. Dñs Rex mandavit mihi Francisco Castell, viſ.
per amatum Re. Cañ. cui fuit commiſſum: viſ. etiā per generalē Thesaurar. &
Petrū Cascallo pro Conserv. generali. In Maioric. viii, fol. xxxvij. Suppli-
cationiq; Magistris nostris, per eundem Petrum Malterit, noſtra dicta
Vniversitatis Privilēgia p̄aeſerta, dicto ſtudio generali Magistri Rai-
mudi Lulli conſeſſa, conſirmare, & de novo concedere, ex noſtra ſolita
benignitate dignaremur, conſiderantes ſeruitia per dictā Vniverſitatem
nobis exhibita, quaē certē multa fuere, ac quantū litterarum cultus in
omnibus terris collendus eſt, ob optimū fructum, quē regna, et cunctę
republicā à viris peritis colligunt, motiq; eisdē respectibus, quibus dicti
prædeceſſores noſtri, ad dicta privalēgia concedenda moti fuerunt; pre-
dictę ſupplicationi decrevimus favorabiliter annuere. Tenore igitur pre-
ſentis, ex noſtri certa ſcientia, deliberatē, & expreſſe, noſtrāq; Regia au-
toritate Privalēgia p̄aeſerta, & omnia, & singula in eis, & quolibet
eorum contenta, & expecificata, a prima eorum linea, uſq; ad ultimam
laudamus, approbamus, & conſirmainns, et quatenus opus ſit dicto ge-
nerali ſtudio Magistri Raimundi Lulli, eiusq; singularibus p̄eſentibus,
& futuris, de novo concedimus, & clargimur, iuxta privalēgiorū p̄aeſer-
torum tenores pleniores, ac prout, et quemadmodum privalēgiis eisdē
melius, & plenius haſtenus dictum ſtudium generale, illiusq; ſingulatē,
uſi gaviliq; fuerant, ac in p̄eſentiarum ſunt in poſſeſſione noſtrāq; hu-
iūſmodi laudationis, approbationis, conſirmationis, et quatenus opus ſit
noꝝ confeſſionis minime roboramus, ſeu p̄alatio, et validamus;
volentes, et expreſſe decernentes, et declarantes, quod huiūſmodi noſtra
conſirmatio, et quatenus opus ſit noꝝ confeſſio ſit, et eſe debeat p̄e-
dicto ſtudio, & illius singularibus, ut p̄ſeretur, ſtabilis, valida, realis, et fir-
ma, nullumq; in iudicio, vel extra ſentiat diuiniſtationis incommodeum,
dubietatis obiectum aut noꝝ alterius detimentum, ſed in ſuo ſemper
robore, et firmitate perſiſtat. Quo circa ſpectabili nobili, magnificis di-
lectis Consiliarisi, et fidelibus noſtriſ Locumtenenti, & Capitaneo
generalī

generali nostro, Regenti nostrâ Cancellariâ, Procurat. nostro Regio, Ba
nilo insuper, & Iuratis Maioricarû, ceterisq; deniùm universis, et singu-
lis officialibus, et subditis nostris, in dicto Regno constitutis, & consti-
tuendis, dicimus, præcipimus, & iubemus Regia auctoritate nostra præ-
dicta, ad incursum nostræ indignationis, et iræ, pœnæq; florenorū auri
Aragonū mille, à bonis secùs agentis irremissibiliter exigendorū, et no-
stris inferendorum erariis, quatenus huiusmodi nostra confirmationis, et
novæ concessionis gratiâ, et provisionem, & omnia, & singula in ea
contenta, teneant firmiter, & obseruent, teneriq; & observari inviolabi-
liter, per quoscumq; faciant iuxta sui seriem, formâ, & tenore pleniores,
cauti siquidem contrarium agere, aut fieri permittere, ratione aliqua, sive
causa pro quanto gratiam caram habent nostram, & præter ire, & indig-
nationis nostræ incursum, pœnâ præpositam cupiunt euitare. In cuius
rei testimoniu[m] præsentes fieri iussimus, nostro cōmuni, quo antea quā
ad Sacrum Imperium electi esse[n]s, utebamur Sigillo (cum non dum
alia fabricata fuerint) impend. munit. Dat. in Civitate nostra Hispalis,
die undecimo mensis Maii. Anno a Nativitate Dñi Milesimo, quingen-
tesimo, vigesimo sexto, Regnorum nostrorum, videlicet electionis Sacri
Imperii Anno nono: Reginę Castellę, Legionis, Granatæ, &c. XXIII.
Navarræ, terrio decimo; Aragonum vero, utriusq; Siciliæ, Ierusalem,
aliorum, duodecimo; Regis vero omnium duodecimo.

To el Rey.

Vt. Cant.

Vt. Lu^o. Sanchez,

Generalis Thesaurar.

Vt. Io. Alemanus,

Cont. Relator generalis.

Vt. Conservat. generalis.

Vt. De Ferrara R.

Vt. De Bononia R.

Vt. Maius R.

Vt. Ram. R.

Vt. Boncianum.

Sacra Cesarea Magestas mandavit mihi Alfonso de Soria vis. per
Cant. de Ferrara R. Can. Thes. Gener. de Bononia: Maius: Ram. &
Boncian. & Tenent. & pro Conf. & contra relatorem generalem

In Maioric. Sigilli comm.
III. fol. CCVIII.

Copia huiusmodi in his precedentibus tredecim papyri foliis, praesenti tamen
incluso liceat manu aliena scripta, desumta fuit a suo originali pergameno, Pri-
uilegii Regii, Universitati Maioricarum concessi, per Illustrissimos Dominos
Reges Carolum Divina favente clementia Romanorum Imperatorem, semper
Augustum Regem Germanie: Et Ioannam eius Matrem Regem Castellæ, Ara-
gonum, utriusq; Siciliæ Ierusalem, Hungariae, Dalmatiae, Croatiae, Legionis, Na-
varræ, Granatae, Toleti, Valentiae, Galicie, Maioricarum, recondito, & re-
servato in Scrinio Archivi domus Iurarie Universitatis Maioricarum, & cune
eodem originali veridice comprobata per me Melchiorem Tries, Regia, ac
Imperiali auctoritate Notarium publicum Maioricarum, & Archivierum iam
dictæ Universitatis. In cuius rei testimonium hic appono Sigillum dicti Archivi
ut infra. Die videlicet hinc decima secunda mensis Maii, Anno Domini Millesimo
Sexcentesimo.

Vt. Greg. Fortesa, Vicar. gener.

NOS

NOS PHILIPPVS Dei gratia Rex

Castellæ, Aragonum, Legionis utriusq; Siciliæ, Ierusalem,
 Portugaliæ, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatia, Navarra, Gra-
 natæ, Toleti, Valentia, Galletiæ Maioticam, Hispalis, Sar-
 diniæ, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbi, Algeziræ, Gibralta-
 ris, Insularum Canariæ, necnon Indiarum Orientalium, & Occidentalium,
 Insularum, ac terre firmæ maris oceani, Archidux Austria, Dux Bur-
 gundiæ, Brabantia, Mediolani, Athenarum, & Neopatriæ, Comes Abs-
 purgi, Flandriæ, Tyrolis, Barcinonæ, Rossilionis, & Ceritania, Marchio
 Orlstani, et Comes Goceani. Licet adiectione plenitudo non egeat, nec
 firmitate, quod est firmum, confirmatum: tamen interdum quod robur
 obtinet, non quod necessitas id exposcat, scilicet ut confirmantibus since-
 ra benignitas pateat, et rei gestæ abundantioris cautelæ robur accedat.
 Dudum pro parte Syndici Vniversitatis nostræ Civitatis, et Regni Ma-
 ioricarum, fuit Magestati nostræ expositum, et deductum, ipsam Vni-
 versitatem habere quoddam Privilegium per Serenissimum Dominum
 Regem Ferdinandum Abavum nostrum, eidem concessum; cuius exé-
 plum autenticum, nobis, & seu in nostro Sacro Supremo Regio Consi-
 lio exhibere fecerunt, huiusmodi sub tenore. ¶ Nos Ferdinandus Rex
 Castellæ, Aragoni, Legionis Siciliæ, Granatæ, Toleti, Valentia, Galle-
 ciæ, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murciæ, Gie-
 nnis, Algarbi, Algeziræ, Gibraltaris, ac Insularum Canariæ, Comes Bar-
 cinonæ, Dominus Viscaia, & Molinæ, Dux Calabria, & Apulia, Athe-
 narumq; & Neopatriæ, Comes Rossilionis, & Ceritania, Marchio Ori-
 stani, & Comes Gociani. Exhibito reverenter, atq; humiliiter presenta-
 to Maiestati nostræ, per dilectu nostrum Gasparem Calaph, Civem, ac
 Nuntiu pro parte vestrûm dilectorum, & fideliu nostrorum Iuratorum
 Civitatis, & Regni, atq; Clavarioru partis Foranæ Maioricarū privile-
 gio quodam per nostram Regiam Magestatem, vobis, & Vniversitati
 præfati Regni, iam dudum concessso, tenoris sequentis. ¶ Nos Ferdi-
 nandus Dei gratia Rex Castellæ, Aragonum, Legionis Siciliæ, Granatæ,
 Toleti, Valentia, Galleciæ, Maioricarum, Hispalis, Sardinia, Cordubæ,
 Corsicæ, Murciæ, Giennis, Algarbi, Algeziræ, Gibraltaris, ac Insularu
 Canariæ, Comes Barcinonæ. Dominus Viscaia, & Molinæ, Dux A-
 thenarum, & Neopatriæ, Comes Rossilionis, & Ceritania, Marchio
 Orlstani, & Comes Gociani. Quia vos dilecti, & fideles nostri Irrati, &
 Consiliarii, & probi homines nostræ Civitatis, & Regni Maioricarum
 circa augmentum, & ornamentum dictæ Civitatis, & Regni admodum
 versatis, conaminiq; eiusmodi Civitatem, & Regnum gloriofa artium,
 & scientiarum doctrina (quæ hominum mores purgat, tacitosq; & lo-
 quentes ornat) magnificare, & decorare: propter quod Magestati nostræ

humiliter misitis supplicatum, ut facultate construendi, & instituendi,
studiam generale in iam dicta Civitate, & Regno, nihilominus eidem
Studio generali consimilia Privilegia, Libertates, Immunitates, Pre-
minentias, & Honores, quos, quas, & quæ, habet Generale Studium
Civitatis Illerde, & particulares personæ eiusdem; de nostra solita benig-
nitate concedere dignaremur. Vestrīs igitur supplicationibus humani-
ter moti, propter notabilia obsequia per eandem Civitatem, & Regnum
prædecessoribus nostris Regibus Aragonum divi recordii, & nobis
prælia, tum quia existimamus huiusmodi Generale Studium, mul-
tum utilitatis, & augmenti, in dicto Regno allaturum, illiq; profu-
turum: tenore præsentis privilegii, cunctis temporibus futuris valituri,
concedimus vobis & plenariam facultatem impartimur, quod possitis,
& valeatis in dicta Civitate, ubi malueritis, & videbitur vobis magis ex-
pedire, Construere, Fabricare, & de nouo Instituere, Cōstruiq; Institui,
& Fabricari, facere Studium generale omnium artium, & scientiarum,
quas, tam generaliter, quam particulariter, in dicto Studio legere facere
possitis, et valeatis; sicut, & quemadmodū solent legi, & disci in praefata
Civitate Illerdæ: & ad maioris gratiæ cumulum scienter, & expræsse
volunus, & de gratia speciali concedimus vobis, quod huiusmodi Stu-
dium generale habeatis, & teneatis, omni futuro tempore (prout dictum
est) Cum consimilibus præminentibus, privilegiis, officiis, facultati-
bus, ordinationibus, honoribus, favoribus, libertatibus, & prerogativis;
quos, quas, & quæ præfatum studium generale dictæ Civitatis Illerdæ,
tam generaliter, quam specialiter tenet, & possidet virtute regiarum, &
nostrarum concessionum. Retinemus tamen nobis, & successoribus
nostris provisiones, seu concessiones officiorum in dicto studio foimā-
dorum, & ordinandorum, de quibus solemus providere in Studio genera-
li prædictæ Civitatis Illerdæ. Illustrissimo propterea Ioanni Principi
Aituriarum, & Gerundio filio, nostro carissimo, ac in Castellæ, & Ara-
gonum Regnis, post felices dies nostros hæredi, inmediato successori,
sub paternæ benedictionis obtentu, intentum nostrum detegentes dici-
mus; Illustri quoq; Infanti Enrico Duci Sugurbii, & Comiti Em-
puriarum patrueli nostro carissimo, in principatu Cathalonie, Reg-
noq; prædicto Maioricarū, & Insulis ei adiacentibus generali Locum-
tenenti: Neconon Blanes de Berengerio Domicello generali Locumen.
Gubernatori, Magistro Rationali, Regioq; Procuratori, in eodē Reg-
no, Baiulo, Vicario Civitatis, & aliis universis, et singulis Baiulis foren-
sibus, & aliis quibusvis officialibus nostris, in dictis Civitate, & Regno
constitutis, & constituendis, & dictorum officialium loca tenentibus,
præsenibus, & futuris, ad incursum nostræ itæ, & indignationis, dici-
mus, & districte præcipiendo mādamus, quod tenentes, & observantes,
teneriq; & observari percutenter ad unguem facientes huiusmodi nostrā
concessionem

concessionem, & omnia, & singula in eadem contenta, in nihilo contra-
 veniat, nec cōtraveniri per aliquē patiantur, quanto dictus Illustriſ imus
 Princeps filius noster carissimus nobis cēmplacere reliqui verò officia-
 les nostri, gratiam nostrā caram habent, ac pānam quinq; milliū flo-
 renorum capiunt evitare. In cuius rei testimonium p̄fētēm fieri ins-
 sumus, nosto ſigillo comuni impēdenti munitam. Datt: in Civitate
 Cordubæ, die tricesimo primo mēnsis Auguſti, Anno a Nativitate Dñi
 Millesimo, quadringentesimo, octuagesimo tertio, Regnorum no-
 strorū videlicet, Siciliæ Anno decimosexto, Castellæ legiōnis, decimo;
 Aragonum verò, & aliorum quinto. Yo el Rey. Fuiimus exinde hu-
 militer pro vestrū parte supplicati, ex nostri ſolita benignitate digna-
 remur p̄videre, & manuare p̄cūlētūm privilegium, & omnia, & fin-
 gula in eo contenta, eidem Vniversitatī ipſius modi Civitatis, & Regni
 iuxta illius ſeriem, & tenorem pleniores inviolabiliter, ſi mīterq; perpe-
 tuō custodiri, & obſervari, nec aliquo pacto per quāpiam quavis cau-
 ſa iñfringis ſeu contra iſum venire. Et nihilominus pro illius firmioii
 obſervatione, & exequitione fuiimus &, tam pro parte vestrū, quam
 pro parte dilecti nostri Ioannis Cabasp̄e Civis p̄dīcē Civitatis
 Maioricarum Magistri, & Præceptoris electi, nominati, & con-
 firmati in lectura, & Doctrina Artis, & Scientiæ Illuminati, & Divi
 Doctoris, Magistri Raimundi Lulli quondam Civis Maioricar. quæ
 in eodem generali ſtudio legitur, per iſum Ioannem Cabasp̄e, humili-
 tēr ſuplicati, ut vefligia ſequentes Serenissimi Regis Alfonſi Parni. &
 prædeceſſoris nostri divi recordii, qui ſatis, ſuperq; informatus de miri-
 ficis virtutibus Artis, et Scientiæ, & doctrinæ eiusdē Egregii Doctoris
 Magistri Raimundi Lulli, & quantum illa poſſet proficere regnicolis, &
 degetibus in ſuis, et noſtris Regniſ, et dominiis, cōcelferat quondam Ioa-
 ni Lobet oriundio Civitatis noſtræ Barcinone ad opus Magistraliter le-
 gendi, et docendi Artem, Scientiam, et doctrinam p̄fati Egregii Do-
 CTORIS, literas qualdam tenoris ſequentis. ¶ Nos Alfonſus Dei gratia,
 Rex Aragonum, Siciliæ citra, et ultraſar. Valentia, Hieruſalem, Hun-
 garia, Maioricarum, Sardinia, et Corſica, Comes Rossilionis, et Cer-
 tania. Gratant̄ percepto, quod vos fideliſ noster Ioānes Lobet oriū-
 dus Civitatis Barcinon. per multum tempus in Artibus et Scientiis
 egregii Doctoris Magistri Raimundi Lulli, de Maioricis ſtudioſe vo-
 catiſ, et quod p̄fatas Artes in Regniſ, et terris noſtris legiſiſ, ipsarūq;
 lecturam continuare propóniſiſ, ut noſtræ dictæ lectruræ accedat auſto-
 ritas, in roboranen valoris, & inde veftra compleatur voluntas in con-
 iunctione huius, quod habetiſ catuſ, & noſtræ defendatur armatura, cō-
 tra imponentes rabiem operibus dicti p̄nominati Egregii Docto-
 rilium lectruræ: prop̄terea ad plenum certiorati, & pluribus fidei dignis,
 quod opera ipſius magistri Raimundi nec bonis moribus, nec Fidei ca-
 tholice

tholice in aliquo contrariantur: & nec minus visa quadā litera Curię Pa-
risien. Datt. Parisis Anno Domini Millesimo Tricentesimo Nono,
die martis post octavas Purificationis Beatæ Virginis Gloriosæ, & mu-
nita sigillo predictæ Parisien. Curiæ, de laudatione, & approbatione
Arte, & Scientiarum dicti Egregii Doctoris, factis per officialem
Curię Parisien. & sieri requisitis per prælibatum Doctorem Egregium,
præhabita informatione testimoniali cum Sacramento præfrito a qua-
draginta Magistris, et Bachalariis in naturalibus, & Theologalibus qui
ordinati fuere ad audiendum Artem generalem cum illius contractione
ad speciales scientias, ab eodem personaliter prælibato Egregio Doctore
publicè in Studio Parisiensi. Attendentelq; quod Illustrissimus Philip-
pus Franciæ Rex, dictum Egregium Doctorem, veluti fidelem virum
in suis dictis, & tanquam Apostolicum in zelo, & in cura, iuxta illud pro
exaltatione Fidei catholicae, habuerit: ipsumq; benigniter tractari, ab om-
nibus orthodoxæ Fidei cultoribus voluerit, et gratum acceperit;
etiamq; ordinaverit eidem, favorem benevolum impendi ab omnibus
suis subditis, ut consonum rationi visum fuit, et dignum. Prout ap-
paret quadam litera dicti Regis Franciæ suo Sigillo munita. Datt. apud
Veraonem secunda die Augusti Anno Domini Millesimo, tricente-
simi decimo. Attendentelq; etiam, quod Cancellarius Parisiens. Frá-
nciscus de Neapoli, speciali mandato dicti Regis, visis, & quantum
occupationum frequentia patitur, diligentē inspectis quibusdam
operibus que dictus Egregius Doctor Magister Raimundus Lulli edi-
derat, testatus est autentice universis, nil in dictis operibus invenisse,
quod bonis moribus obviet, & sacrae doctrinæ catholicæ sit adversum:
quia potius in dictorum serie, & tenore pro humani fragilitate iudicii,
zelum servidum, & intentionis restitudinem pro Fidei Christianæ pro-
motione, ut patet in quadam litera dicti Cancellarii. Datt. Parisis Anno
Domini Millesimo, tricentesimo, undecimo. Attendentelq; etiam
fore pronunciatum per Reverendum in Christo Patrem Bernardum
Miseratione Divina Episcopum Castelli, & Commissarium auctoritate
Apostolica diputatum, super litigio, quod in processu ducebatur inter
consanguineos, & devotos dicti Egregii Doctoris parte ex una, & Ma-
gistrum Nicolaum Aimeric Inquisitorem, in, & super quadam Bulla
fictitia: vi cuius, super alias conclusiones, per prefatum Egregium Do-
ctorem suis libris positas, et contra eorum positionem inquirebatur, in
condemnationem dicti Magistri Nicolai Aimeric, et in approbatione
bonæ positionis, et catholice determinationis, in libris prefatis Docto-
ris Egregii habitarum iuxta rectum arbitrium Reverendi Comissarii
prefati et bonam conscientiam duodecim in sacro eloquio Magistrorum,
de ordinibus beati Dominici, et Minorum, qui visis conclusionibus,
testificarunt cum Sacramento, sanum, & catholicum habere sensum, ut

in libris habentur dicti Egregii Doctoris, prout hęc, et plura alia constant duobus instrumentis publicis actis Barcinonę, altero in posse, Petri Dalmatii Notarii publici Barcinon. sub Anno Domini Mille-simo, tricentesimo, octogesimo sexto. Altero in posse Gabrielis Ca-fellas Notarii publici Barcinon. sub Anno à Nativitate Domini Mil-lesimo, quadragesimo, decimo nono. Et insuper memores, quod nos habentes gratissimum, quod in ditione nostra repertus fuerit, tam mirandarum Artium, et scientie auctor, qualis prefatus Egregius Doctor Magister Raimundus Lulli, earum lectionem publicam approba-nus, & permisimus, prout appetet carta Sigillo nostro munita. Datt. Cæsaraugustæ, quinta die decima Ianuarii, Anno à Nativitate Domini Millesimo, quadragesimo, quintodecimo: quodiam ante conce-sum, approbatum, et permisum fuerat per predecessores nostros Illu-strissimos, videlicet, Dominum Petrum Regem Aragonum, ut patet in quadam sua carta Sigillo eiusdem pendentि munit. Dat. Valentia, de-cimo die Octobris, Anno à Nativitate Domini Millesimo, trecentesi-mo, sexagesimo, nono: & per Dominum Martinum Regem Aragonū filium suum: ut patet in quadam alia eius carta Sigillo pendentि munita, Datt. Cæsaraugustæ, vicefima quinta Novembri, Anno à Nativitate Domini Millesimo, tricentesimo, nonagesimo nono; vobis dicto Ioāni Lobet, et a vobis substituendis concedimus, et elargimur licentiam, et li-beram auctoritatem, et plenariam facultatem, dictas præfati Egregii Do-ctoris Artes, & scientias legendi magistraliter, in omnibus Civitatibus, terris, et locis universae ditionis nostræ, in eisdemq; faciendi Scholas propter lecturam dictarum scientiarum, nec per Officiales, Consiliarios, Iuratos, & probos homines, aut alios illius Civitatis, Loci, & terræ, ubi Scholas construere decreveritis, vobis, super his impedimentum, vel obstatum aliquod fieri debeat, neq; possit: quin immò vos, et substitutos vestros benevolè tractent, cum auditoribus vestris, et ipsorum, in, et super constructione Scholarum, et lecturæ dictarum Artium, et Scientiarum, quieta, pacifica, & tranquilla, vobis, et eis faveant, et assistant auxiliis, presidiis, et favoribus opportunis, ubi, et quoties fuerint requisiti. Illustrissimis itaq; quibuscunq; Locum ten. generalibus nostris, huc nostrum declaramus intentum, mandamus scienter, & expresse sub iræ, & indignationis nostræ incusu, & quo-quomodo fortius dici potest, uniuersis, et singulis officialibus, et subditis nostris, ad quos præsentes pervenerint, et spectent, & signanter Officia-libus, Consiliariis, Iuratis, probis hominibus, & aliis prædictis, quatenus licentiam, et facultatem nostram huiusmodi vobis dicto Ioanni Lobet teneant efficaciter, et observent, teneriq; et observari faciant inviolabi-liter per quoscūq;. Nec vos, aut substitutos vestros super lectione dictarum Artium, vel constructione scolarum molestent, et impedian, vel

perturbent, assitant quin potius (ut præfertur) si gratiam nostram carā habent, iramq; et indignationem, pñnamq; nostro reservatam arbitrio, cupiunt evitare. Sonet ergo vox vestra, et vestrorum substituendorum, per doctrinam in auditorum auribus, nec metu detractorum quorumlibet conticescat: sed dictas Artes, et Scientias in lumine exponi continuerunt; et ut liberiūs, faciliūs, et tutiūs, vos dictus Ioannes Lobet, & substituendi à vobis, circa prædicta, vacare possitis, et ne metu cuiuspiā, vos aut eos à dictarum artium lectione retrahat, vel impedit vos, & di-
ctos substituendos à vobis, veltriq;, & eorum auditores, tenore pre-
sentis sub nostra protectione, comanda, et guidatico speciali ponimus,
& constituimus. Ita quod quicunq; ab inde, de ausu temerario, contra
personas, aut bona vestrūm cuiuslibet quicquid attentare præsumferit, se in penas contra ruptores protectoris Regii appositis, noverit in-
cursurum; damno, et iniuria illarum poenitus, et plenariè restituimus. In
quorum Testimonium presentes fieri iussimus, nostro Sigillo secreto
indorso munit. Dat in Castro Novo Neapolis, die viceima sexta Ia-
nuarii, Anno a Nativitate Domini Millefimo, quadrageentesimo, qua-
dragesimo nono. Rex Alfonſus. Vt. P. Conservator generalis.

Dignaremur pari modo, præfatum Magistrum Ioannem Cabaspren, Magistrum, et præceptorem (ut præhabetur) electum, nominatum, et confirmatum in Lectura, et Doctrina prædictis; eius vita durante, & ce-
teros alios quosvis futuros magistros in eisdem Arte, Scientia, et Do-
ctrina, tanquam Reipublicæ proficientes, cum eorum auditoribus nulla-
tenus inquietari, seu molestari; quinimo benevolē pertractari, illisq; fa-
veri, et ubi, ac quoties opportuerit, auxiliis, præsidiis, et favoribus op-
portuniis illis assisti, sic et prout, et quemadmodū aliis Magistris, et Do-
ctoribus, auditoribusq; aliorum studiorum generalium servatur, et custo-
ditur, et alias eidem lecturæ speciale præsidium auctoritatis nostræ in-
terponere dignaremur. Nos vero supplicationibus eisdem, ut pote iu-
stis, et rationi conformibus benigniter annuentes, et presertim, quia cū
concessimus licentiam, et facultatem, ut ipsum studiū generale instrue-
retur, et fieret in ipsa Civitate, et Regno, prospeximus illud convenire
utilitati Reipublicæ ipsius Regni; et consequenter servitio nostro, qui
caput ipsius Reipublicæ sumus, siccq; semper fuit, et est intentionis no-
stræ ipsum privilegium, et contenta in eo, ad unguem observare. Est et
etia mēti nostræ gesta, & facta per præfatū serenissimū Regē Alfonsum
imitari, quandoquidem non minus, quam illi placet nobis, et quidem li-
benter, & animo hilari. Artem, Scientiam, & Doctrinam tanti Doctoris
Magistri Raimundi Lulli, illius virtutibus promerentibus, et ipsa scien-
tia requirente, extollere; dictumq; Magistrum Ioannem Cabaspren, ac
ceteros futuros magistros in eadem arte & scientia, honorare, præmiisq;
& remunerationibus Regis dignos reddere. Itaq; tenore presentis Privi-

legii, cunctis futuris temporibus perpetuo valituri, ex nostri certa scien-
 tia, deliberateq; & consulto, edicimus, et statuimus præ insertum Privi-
 legium nostrum, et omnia, & singula in eo contenta, iuxta illius seriem,
 & tenorem pleniores, tanquam de nostra mente deliberata procedentia,
 inviolabiliter custodiri, firmiterq; ad unguem observari: neq; per quem-
 piani quavis causa aliquo pacto infringi, sub poenis in dicto privilegio
 cōtentis: quarū rigurosam executionē absq; nulla venia fieri, absq; perso-
 narum exceptione præcipimus, & iubemus. Nihilominusq; edicimus,
 et providemus, jam dictum Magistrum Ioannem Cabaspre, Magistrum
 & præceptorem, ut præhabetur, electum, nominatum, et confirmatum
 in lectura, & doctrina Artis, et Scientiæ prænominati Doctoris egregii
 Raimundi Lulli, eius vita durante, ac ceteros alias quosvis futuros magi-
 stros ipsiusmodi Artis, & Scientiæ, cum eorum auditoribus, non solū nu-
 latenus inquietari, seu molestari, sed etiā humaniter, benevolèq; pertra-
 ctari, illisq; favēdo, & ubi, ac quoties opportuerit, auxiliis, præficiis, et fa-
 voribus, quoad fieri possit, assistēdo; sic, et prout, & quemadmodū aliis
 magistris, et auditoribus ceterorum studiorum generalium favetur, au-
 xiliatur, & assistitur, favoresq; præsidia, & honores præberi solent, et
 consueverint, atq; ad majoris gratiæ cumulum lecture, & magistrali eru-
 ditioni ipsiusmodi Artis, Scientiæ, et Doctrinæ, præsidium speciale
 nostræ auctoritatis interponimus pariter & decretum. Serenissimæ
 proptere à Ioanne Principi Asturiarū, & Gerundæ, Archiducissæ Au-
 striæ, Ducissæ Burgundiæ, Filiæ primogenitæ nostræ carissimæ, &
 Gubernatrici generali, & post longævos, et felices dies nostros imme-
 diate hæredi, & successori nostræ, intentum aperientes nostrum, sub Pa-
 terne benedictionis obtētu, dicim⁹; Locū tenēti vero generali, ac Guber-
 natori, Procuratoriq; Regio, nostris in eodē nostro Regno, Baiulo in-
 super, et Vicario Civitatis, et aliis Baiulis forensibus, Iuratisq; Civitatis,
 & Regni ipsiusmodi Maioricarum, et aliis deniq; Officialibus, et Subdi-
 tis nostris in eisdem Regno, & Civitate constitutis, et constituendis, di-
 storumq; Officialium locū ten. tam præsentibus, quā futuris, dicimus,
 et præcipiendo distictius mandamus scienter, et exp̄essè, sub incursu
 nostre indignationis, et ire, penæq; florenorū auri Aragonū quinq; mille
 nostris, si secūs fieret, inferendorum ærariis, quatenus tenentes, et obser-
 vantes, teneriq; et observari perpetuò ad unguem facientes huiusmodi
 nostrū Privilégium, et omnia, et singula in eodē contenta iuxta eius se-
 riem, et tenorē, pleniores, in nihilo contraveniant, aut contrafaciant, nec
 contraveniri, aut contra fieri patientur aliqua causa, vel ratione, quanto
 dicta serenissima Princeps filia primogenita nostra carissima, paternam
 benedictionē habet carā, ceteriq; officiales, et subditi nostri, præpositā
 cupiunt non subire penam. In cuius rei testimonium presens Priviligiū
 fieri iussimus, nostro cōmuni Sigillo impendentī munitū. Dat, in Civi-
 tate

tate nostra Cesaraugustæ , die vicesimo primo mensis Februarii, Anno a Nativitate Dñi 1563. Regnorūq; nostrorū, videlicet Siciliæ, Anno, 39. Castellæ, et Legionis, 30. Aragonū et aliorum, vicesimo quinto; Granatæ autē duodecimo. Yo el Rey: Vt. Amat, Re. Vt. General. Thesaur. Vt. Petrus Coscolla pro Conserv. gener. Dñs Rex mandavit mihi Frācisco Castell, visa per amatum Regentem Cancellariam, cui fuit commissum: visa etiā per generale Thesaurar. & Petru Coscolla pro Conserv. generali. In Maioric. nono, fol. 38. ¶ Copia huiusmodi Regii privilegii superius scripti in his sex papyri soleis, præsenti comprehenso contenta, fuit fideliter sumta à quodam libro Regionum privilegiorum, & franquesiarum Vniversitatis præsentis Civitatis, & Regni Maioricarum, vulgariter dicitur, de Sant. Pere, recondito in Archivo domus Iurarie dictæ Vniversitatis, & cum originali suo veridice, prout decet, comprobata. Constat tamen de superfluo, & infra lineato in linea septima prime paginæ solei quinti, ubi scribitur, de, quod est superfluum, & in linea XVIII. paginæ prime præsentis sexti solei, de virgula parva super rasuram, posita inter dictionem nostræ, & dictionem auctoritatis, quæ nihil dicit: quapropter, ut dictæ, ac præsenti copia, licet manu aliena, mihi tamen fidelis scripte, plena, & intrepida fides, ab omnibus, hic, & ubiq; tam in iudicio, quam extra attribuatur: Ego Iacobus Carbonell Notarius publicus Maioricarum, Archiverius iam dictæ Vniversitatis, hic appono Sigillum dicti Archivi die 20. mensis Martii, anno à Nativitate Domini 1597. pro ut ecce. *

Supplicatūq; nobis humiliiter fuerit pro parte Iuratorum eiusdem Vniversitatis, ut præinsertum Privilegium & omnia, & singula in eo contenta, laudare, approbare, ratificare, & confirmare, & quatenus opus sit, unà cum provisione officiorum, Notarii, & Vitelli, gymnasii generalis eiusdem Vniversitatis, haec tenus nobis reservata, in, & cum preinserto Privilegio, de novo concedere, & indulgere dignaremur. Nos vero subditorum nostrorum, præsertim bene meritorum votis inclinati, eorum petitioni benignè annuētes, tenore præsentis, de nostra certa sciētia Regiaq; auctoritate deliberate, & consulto, ac matura dicti nostri Supræmi Consilli accedente deliberatione, dictum, & præinsertum privilegium, & omnia, & singula in ea contenta, expræssa, & declarata, a prima scilicet eius linea, usq; ad ultimam inclusive, laudamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus, et quatenus opus sit unà cum provisione dictorum officiorum, Notarii, & Vitelli (ut præfertur) de novo concedimus, indulgemus, & elargimur, nostræq; huiusmodi laudationis, approbationis, ratificationis, & confirmationis, novęq; tam dictorum duorum officiorum, quam aliorum concessionis præsidio, seu munimine roboramus, & validamus, auctoritatēq; nostram eis interponimus pariter, & decretum. Volentes, & decernentes expræscere, quod deinceps quoties dicta duo officia Notarii, & Vitelli dicti gymnasii vacare contigerit, eorum provisio, ad dictos Iuratos pleno iure pertineat, & spectet, sicut

nicut nobis pertinebat, & spectabat ante præsentem gratiam, & concessionem, Decernentes insuper, quod nostra huiusmodi gratia, & concessio provisionis, & nominationis dictorum officiorum, laudatioq; , approbatio, ratificatio, & confirmatio, ac quatenus opus sit, nova concessio præinserti Privilegii, sit, & eum debeat dictæ Universitati, & ipsius Iuratis modo, quo supra, stabilis, realis, valida, atq; firma, nullumq; in iudicio, aut extra sentiat diminutionis obiectum, defectus, incommodū, aut noxæ alterius detrimentum: sed in suo semper robore, & firmitate persistat. Serenissimo propterea Philippo Principi Asturiarum, & Gérundæ, Duciq; Calabriæ, & Montisalbi, filio primogenito nostro carissimo, ac post felices, & longevos dies nostros in omnibus Regnis, & dominiis nostris (Deo propitio) immediate hæredi, & legitimo successori, intentum aperientes nostrum, sub paterna benedictionis obtentu, dicimus, eumq; rogamus: Speciali verò, magistris, dilectisq; Consiliariis, & fidelibus nostris Locum tenenti, & Capitaneo generali nostro, Regenti Cancellariam, & Doctoribus nostræ Regiæ Audientiæ, Advocate, & Procuratori fiscalibus, Regio Procuratori, Regenti Thesaurariam, & Locum tenenti, Magistris rationalis, Vicario, Baiulis, Alguaziriis, Virgariis, Portariis, ceterisq; demum universis, & singulis officialibus, & subditis nostris maioribus, & minoribus in præfato Maioricarū Regno constitutis, & constituendis, ipsorumq; officialium loca tenentibus, seu officia ipsa regentibus, & subrogatis, præsentibus, & futuris, præcipimus, & iubemus, ad incursum nostræ Regiæ indignationis, et iræ, poenæq; florenorū auti Aragonū milie, nostris Regiis inferendorū crariis, quod præinsertum Privilegium, nostramq; concessionem provisionis dictorum officiorum, laudationemq; approbationem, ratificationem, & confirmationem, ac quatenus opus sit, novam concessionem eiusdem Privilegii, omniaq; & singula in eo cōtenta, & expresa, iuxta illas fieri, e & tenore pliores teneat firmiter, & observet, teneriq; & inviolabiliter observari faciant per quoscunq; & non contrafaciant, vel veniant, aut aliquæ contra facere, vel venire permittant ratione aliqua sive causa, si dictus Serenissimus Princeps nobis morè gerete, ceteri vero officiales, & subditi nostri prædicti gratiâ nostrâ cara habent, ac præter ire, & indignationis nostræ incursum, poenâ præpositam cupiunt evitare. In cuius rei testimonium præsentē fieri iussimus, nostro Regio cōmuni, Sigillo pendentí munit. Dat. in Sancto Laurentio Regali, die vigesima quarta mensis Octobris Anno a Nativita. Domini Milesimo quingentesimo, nonagesimo septimo. Regnorūq; nostrorū, videlicet ceterioris Siciliae, & Ierusalem xxxvij, Castellæ autem Aragonū, ulterioris Siciliae, & aliorū xxxxij. Portugalie vero xvij.

To el Princepe.

Dominus Rex, & eius nomine, Dñs Princeps, mandavit mihi Dominico Ortiz,
visa per Frigola Vicec. Comitem generalē Thesaurar. Baptista, Covarruyas,
Sans, Guardiola, & Clavero Regentes Cancell. Don Petrus Sans Fisci Adyoc.
& me pro Conservatore generali.

Vt. Frigola Vicecanc.

Vt. Comes Generalis Thesaurar.

Vt. Covarruyas R.

Vt. Guardiola R.

Vt. Don. Petrus Sans Fisci Adyocat.

Vt. Sans R.

Vt. Clavero R.

In Maioric. XXII. fol. CCXLVII.

Confirma V. M. a los Iurados, y Vniversidad de Mallorca, el Priviliegio aqui inserto, del Señor Rey Don Fernando, tocante a la instituciō del Estudio general de aquella Ciudad, y de nuevo les concede, que los officios de Notario, y Vedel, del dicho Estudio sean a su provision.

[Ha precedido informacion del Virrey.

Solvit Quingentos Solidos.

Copia huismodi in his precedentibus decem papyri foliis, praesenti tamen inclusa, licet manu aliena scripta, desumpta fuit a suo originali pergameneo, Priviliegii Regii, Vniversitati Maioricarum concessi, per Illustrissimum Dominum Regem Philippum Regem Castelle, Aragonum, Legionis utriusq; Sicilie Ierusalem, Portugalie, Hungarie, Dalmatiae, Croatiae, Navarrae, Granatae, Toleti, Valentiae, Galicie, Maioricarum, &c. Recondito, & reservato in Scrinio Archivi domus Iuraria Vniversitatis Maioricarum, & cum eodem originali veridice comprobata per me Melchiorem Tries, Regia, ac Imperiali auctoritate Notarium publicum Maioricarum, & Archiverium iamdictae Vniversitatis. In cuius rei testimonium hic appono Sigillum dicti Archivi, ut infra. Die veneris decima mensis Novembris, Anno a Nativitate Domini Millesimo, Sexcentesimo.

Vt. Greg. Fortesa, Vicar. gener.

